dũ ꝓpter qđ merito ſaluator. Luc. xvi. exp̃ſſit
ꝙ diues dãnatus induebatᷣ purpura ⁊ biſſo:
OCioſitas ẽ cũ quis q̃ete neceſſaria
ſaluti corpiſ acceptavacat ab aliquo
opere ſpũali vel corporali. ⁊ hec ẽ fi-
lia accidie. ⁊ qñ ſit peccatũ mortale, vide. s.
Accidia. §. i. ⁊. ij. ⁊. j. Preceptũ. §. v.
PActum autẽ dicitᷣ a pactõe inde ẽ pa
cis nomẽ appellatũ. ⁊ ẽ pactio duorũ
plurimũ ve in idem placitũ ſeu conſen
ſus. vt dicit tex. in. l. p̃ma. ff. de pac. Et ideo
omnis cõtractus generaliter dꝛ pactũ. ſ3 cu3
habeat nomẽ ſpecificũ ab ipſo contractu de-
nominatᷣ vt venditio locatio. cũ vero non ha
bet nomẽ dꝛ pactũ a genere.
i ❡ Que differẽtia eſt inter pactũ. pollicitatõ
nẽ. conuẽtõem. ſtipulatõem. ⁊ ꝓmiſſionẽ. R.
ꝙ pactũ ẽ conſenſus duoꝝ vel plurimũ ad ali
quid faciendũ vel dandũ verbis exp̃ſſum. ita
ꝙ verba p̃mittanᷣ a ꝓmittente. ⁊ ꝯſequẽter a
recipiente. Si vero verba p̃mittanᷣ a recipiẽ
te ſic erit ſtipulatio. exemplũ dabis mihi de-
cẽ. R. dabo. ꝓmittis facere ſic. ⁊ tu reſpõdes
ꝓmitto. inſti. de ver. ob. in p̃ncipio. Pollicita
tio vero eſt ſolius offerentis ꝓmiſſio. nec req̃-
ritᷣ p̃ſentia ꝑſone cui fit pollicitatio. l. p̃ma. ⁊
l. pactũ. ff. de polli. Et no. glo. in cle. romani.
de iureiur. ⁊ glo. in. l. i. C. de iure. do. Dicẽs
ꝙ pollicitatio fit ſine interrogatione p̃cedẽ-
te. ff. de polli. l. iij. ꝓmiſſio cõmuniter fit roga
tione. de quo dic vt. j. Pollicitatio in p̃ncipio
Et p̃t ꝓmiſſio referri vel ad pollicitatõnem
vel ad ſtipulatõem. vel ad nudũ pactũ. ff. de
edi. edic. l. ſciendũ. §. dictũ a ꝓmiſſo. Cõuen-
tio vero ẽ nomẽ magis generale q̃3 pactũ. qꝛ
ſcolares in ſcolis. ⁊ fratres in capitulo cõue
nire dicunᷣ. ff. eo. l. i. §. cõuentõis verbum.
2 ❡ Quotruplex ẽ pactũ. R. duplex aliud ve-
ſtitũ aliud nudum.
3 ❡ Sed quõ dicatᷣ pactũ veſtitũ. R. ꝙ. vi. mo
dis. Primo re. ſcdõ verbis. ſ. ſtipulãdo. tertõ
litteris. quarto conſenſu. ⁊ de his habes exẽ-
pla. s. obligatio. §. iij. quinto coherẽtia cõtra
ctus. puta vẽdidi tibi domũ cũ tali pacto ꝙ
ego debeã morari in ipa domo ꝑ annũ qđ qui
dem valet qꝛ veſtitᷣ coherẽtia cõtractus. ſcili
cet venditionis. alias eſſet nudũ. ſexto inter-
uentu rei. puta ꝓmiſi tibi aliquid dare vt fa-
ceres mihi vel dares aliud. Vnde ſtatim cum
dedero tibi qđ ꝓmiſi veſtitᷣ pactũ ex p̃te mea.
⁊ ideo interuentu eius es mihi obligatus ad
faciendũ quod ꝓmiſiſti ꝓbantur iſta. inſti. de
ver. obli. Nudum vero dicitᷣ qñ non veſtitum
aliquo p̃dictoꝝ vel nõ cõtinet cauſam. qꝛ tra
ditio rei ſine cauſa nullius eſt efficacie. l. nũq̃3
nuda traditio. ff. de acqui. re. do.
❡ Vtrũ ex nudo pacto ſiue ex ſola ꝓmiſſione
homo obligetᷣ. R. ꝙ de iure canonico ⁊ in cõ 4
ſcientia ſic ſub pena mortalis peccati. vt no.
in. ca. i. de pactis. ⁊ in. ca. iuramenti. xxij. q. v.
Quod limito verũ ſm collectariũ ⁊ ſequitur
Pa. in. c. prudẽtes. de dona. ⁊ in. c. j. ſi cautio.
de fide inſtru. qñ exprimitᷣ cã. vt ꝓmitto tibi
decem qꝛ vendiſti mihi talẽ rẽ vel mutuo cõ-
ceſſiſti mihi ⁊ hmõi. qꝛ ſi ſit nudũ ſic ꝙ nulla
cauſa eſt adiecta nõ obligat etiã in cõſcien-
tia. Ratio qꝛ p̃ſumitᷣ ꝑ errorẽ ꝓmiſiſſe ⁊ ſic ñ
poteſt allegari obligatio naturalis cũ nihil
ſit tã contrariu3 conſenſui q̃3 error. xxix. q. i.
§. i. ⁊. l. ſi ꝑ errorẽ. ff. de iuriſ. omniũ iudi. Ad
uerte tñ ꝙ ſi quis dicit ꝓmitto tibi cẽtũ do-
nare ꝙ tũc liberalitas ꝓmiſſionis p̃ſumitᷣ cã
donãdi. ⁊ ſic nõ eſt ſine cauſa. Silr ſi ꝓmitti
tur aliquid loco pio qꝛ p̃ſumitᷣ obligaſſe ſe fa
uore pie cauſe. nec p̃ſumitur ibi error. c. ſi. de
ſucce. ab inte. Limito etiã ⁊ verũ ꝙ ex nudo
pacto obligatᷣ. ſ. qñ nude paciſcẽs habuit ani
mũ obligandi ſe. qꝛ ſm cõiter. Theologos in
iiij. diſt. xxviij. nemo ex quacũq̃3 ꝓmiſſiõe ob
ligatᷣ. niſi qui habet animũ obligãdi ſe. facit.
c. litterarũ. de voto. ⁊. l. obligationũ. la. j. ff.
de actio. ⁊ obligatio. Alias ſi nõ habuit ani-
mũ obligãdi nõ tenetᷣ ſub pena mortalis pec
cati ad pactũ nudũ ſeruãdũ. niſi ſubeſſet cau
ſa que ad hoc obligaret de neceſſitate p̃cepti
puta ꝓmiſi patri meo veſtẽ qui moritᷣ ex frigo
re qꝛ tenetᷣ q̃uis nõ habuerit animũ obligãdi
ſe. Datᷣ. iij. limitatio. ſ. ſi conditio vł rationa-
lis cauſa non aduenit poſtea que ſi a p̃ncipio
affuiſſet ñ ꝓmiſiſſet. qꝛ ſi talis cã adueniret ⁊
ꝓpterea ñ impleat nudũ pactũ ñ peccar3 mor-
talitᷣ ſm Io. de nothꝰ. in. iiij. diſt. xxviij. ⁊
ſm. S. Tho. ſa ſe. q. ij. qđ bene no. Addo ⁊ q̃r-
tũ. ſ. ꝙ ſit honeſtum. licitũ. poſſibile ⁊c̃. de q̃-
bus. j. dico de pacto veſtito.
❡ Vtrũ oriatᷣ actio ex nudo pacto. R. In- 5
no. in. c. nouit. de iudi. ⁊ multi alij ꝙ nõ. ſ3 ſo
lum competit officium iudicis ĩplorare. Sed
ego credo ꝙ oriatᷣ de iure canonico. vt tenent
Ho. Io. an. do. An. ⁊ Pa. cũ glo. in. d. c. j. de
pactis. ⁊ Archi. in. c. quicũq̃3 ſuffragio. xij. q.
ij. ad minus conditione ex canone p̃dicti. ca.
iuramenti. quod intellige in caſu qñ obligat
ad mortale peccatũ alᷣs non.
❡ Vtrũ oẽ pactũ veſtitũ obliget. R. ꝙ non- 6
vtno. Pa. in. c. pactiones. d pactis. Et quã-

do ħ ſitqꝫ nõ obligat. dic vt dixi. s. Juramẽ
tuʒ. v. q: vbi iuramentũ non obligat nec pa-
ctũ. Item pactũ dolo initũ nõ valet. c. cum
vniuerſoꝝ. de rerũ ꝑmu. Intellige quo ad do
loſum. Itẽ ſi ſit alteri captioſum. ff. de reſci.
ven. l. ſi id quod pure. in fi. Itẽ ea que ꝓmit-
tunť ob nimiã reuerentiã alicuius nõ obligãt
l. i. ff. qua. re. ac. nõ da. Itẽ qñ pactũ cõtinet
turpitudineʒ. l. ſi vnus. §. pacta. que turpem
cauſam. ff. de pac. ⁊ omne pactũ cõtra ius di-
citur turpe. c. facit homo. xxxij. q. ij. ſm tñ di-
ſtinctõem. de qua in. §. viij. Itẽ pactũ in con
uentõibus innõiatis nõ obligat ſi ille cũ quo
ↄtraxit nõ implet ex ꝑte ſua ↄctũ. vt. l. natu-
ralis. §. i. ff. d pre. ver. ⁊ l. ex placito. C. d re.
ꝑmu. Jdeo cũ quis cõuenit cũ aliquo dare ſi
bi centum vt nũqꝫ petat tale quid talis nũqꝫ
poterit petere centũ q: nunqꝫ poteſt implere
q: ſemꝑ poterit petere ſecus ſi cõuentio fiat.
ꝓmitto tibi centũ ſi remittas mihi fideicõmiſ
ſum. q: talis poterit petere eo q: p̃t remiſſio-
nẽ facere hec Bar. C. de pac. l. cõuentões.

7 ¶ Utrũ pactũ initũ ꝑ fratres minores vł p̃-
dicatores. aut alios mendicãtes cũ rectorib⁹
ꝑrochialiũ eccleſiaꝝ ſuꝑ iuribus parrochia-
libus. puta exhibitõe ſacramentoꝝ. Jure fu
nerandi ⁊ ſimilibus vel ſuꝑ alijs quibuſcunqꝫ
valeat. R. qꝫ ſi factũ ẽ per guardianos vel p̃-
ores cũ conſenſu eoꝝ conuẽtuũ vel locorũ va
let. licet nõ interuenerit licẽtia ſui generalis
aut principalis. aut capituli. aut ſedis ap̃lice
quo ad fratres mĩores. Dũmodo alias ſit ho
neſtũ ⁊ licitũ de pactis. c. quãuis. li. vi.

8 ¶ Utrũ pactũ iuramento firmatũ quod in ſe
cotinet turpitudineʒ. ſ. peccati. vel ẽ ↄ̃ ius va
leat. R. Pa. in. c. pactões. de pactis. qđ ſi cõ
tinet turpitudinẽ ex ꝑte vtriuſqꝫ. ſ. iurantis
⁊ recipientis nõ valet. xxij. q. iiij. ꝑ totũ. Simi
liter ſi cõtinet turpitudinẽ ſolũ ex ꝑte iurãtiſ
vt in regula nõ eſt obligatoriũ. li. vi. Si vero
ſolũ ↄtinet turpitudinẽ ex ꝑte recipiẽtis. ſic
tenet ⁊ obligat. c. debitores. de iureiurã. Ra
tio q: iuramentũ principaliter dirigiť in deũ
in quo nulla põt verſari turpitudo. Si vero
nõ eſt firmatũ iuramentũ an obliget. vide. s.
obligatio. §. x.

9 ¶ Utrũ pactũ de nõ cedẽdo bonis ſuis vale
at. R. Pa. in. d. c. pactões qꝫ ſic. niſi ſit noto
ria paupꝫtas. q: tũc illicitũ ẽ. q: in effectu tũc
videť ſe obligare ad carceres quod nõ p̃t cuʒ
nemo ſit dominus mẽbroꝝ ſuoꝝ

10 ¶ Utrũ pactũ factũ patri a filia duʒ nuptui
tradereť. qꝫ dote contenta nullũ ad bona pa-
trimonialia habebit recurſum teneat. R. qꝫ
non niſi ſit iuramento firmatũ. de pactis. ca.
quãuis. li. vi.

¶ Utrum pactum quod eſt cõtra ſubſtantiã 11
ↄtus nec continet turpitudinẽ valeat. R. qꝫ
ſi ponenť ꝑ viã modi vitiatur ⁊ nõ vitiat ſm
Fran. de ramponibus in repetione. l. fi. C. de
cõdi. ob cãm. Unde pactũ qꝫ precariũ duret
inuito dñõ nõ valet. vt. in. c. p̃cariũ. de p̃cario
⁊ l. cũ p̃cario. ff. de p̃ca. Similiter ſi cõſtituo
procuratorẽ ⁊ ꝓmitto nõ reuocare nõ valet
ita dicit Bar. in. d. l. cũ p̃cario. ⁊ Ange. in. l.
ij. de ꝓcu. ⁊ Bal. in. l. ⁊ in ꝑpetuũ. ff. de ꝓcur.
Et ſi ꝓmiſit ſub pena nõ teneť ad penã reuo-
cando. facit. glo. in. c. ij. de cõſue. li. vi. ⁊ An-
ge. in cõſilio. ccxxij. Sed ſi apponať ꝑ viã con
ditõis nõ vitiať. ſed vitiat. facit. c. fi. de cõdi
ti. appo. ⁊ quod no. Bar. in auť. ingreſſi. C. d
ſa. ſan. ec. Sed cõtra videť. l. vbi mortis cau-
ſa ita donatur. ff. de dona. cã mortis. ſolue vt
ibi per Bar.

¶ Promitto tibi ter te hoſpitari ĩ domo mea 12
ſtas ꝑ multos annos qꝫ nõ venis nunquid pe
tere poteris extimatõnem. R. Jo. an. in ad-
di. ad Spe. de cenſi. refert ſuos magiſtros di
ſputaſſe qꝫ nõ. ⁊ ſic tene licet videať qꝫ teneať
ꝑ ti. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega.

¶ Pactum de hereditate viuentis regulariť 13
non valet. q: inducit votũ captande mortis.
vt. l. fi. C. de pactis. ⁊ ibi ꝑ doc. ⁊ ꝑ Bal. in li
bro de vſibus feu. de feudo dato. inuicẽ. l. cõ-
miſſorie. c. ſi quis. ⁊ ꝑ canoniſtas in. c. venera
bilẽ de elec. ⁊ Pa. in. c. nulla. d cõceſ. p̃bẽ. Et
ibi ſic diſtinguendo. Dicit qꝫ aut pactũ de fu
tura ſucceſſiõe fit ad cõſeruandã legitimam
ſucceſſioneʒ ⁊ ſic valet. vt inſti. de legi. agna.
ſucce. §. fi. q: pactũ eſt legi conſentaneũ. Aut
fit ad legitimã ſucceſſiõem minuendã ⁊ tunc
nõ valet. l. pactũ. ff. de pac. Sed ſi iuramento
firmeť valebit. in. c. ij. de pac. li. vi. Aut fit ad
legitimã ſucceſſiõeʒ ꝑdendam ſeu ad tollẽdã
liberã teſtĩ factõem ⁊ ſic nõ valet. quia cõtra
bonos mores. vt. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de
ver. obli. Ideo. qꝫ ſm Bar. etiã iuramẽto nõ
firmať ꝑ regulam non eſt obligatoriũ. de reg.
iur. lib. vi. vt in. d. l. ſtipulatio no. ⁊ in. l. fi. C.
de pac. Sed ego nõ credo. qꝫ licet ſit ↄtra bo
nos mores nõ tñ naturales ſed ſolũ ciuiles.
⁊ ideo firmať. d. c. ij. de pactis.

¶ Utrũ habens parentes magnos quos ti- 14
met ⁊ volens ꝓuidere anime ſue reliquit me-
dietatem omnium bonorũ ſuoꝝ pauperibus
⁊ dicit ſi cõtingeret me facere aliud teſtamẽ-

tũ in quo conſanguineos meos inſtituerem ꝑ quod reuocaret᷑ pſens iudiciũ ex nũc tibi. ꝓ. notario publico tanq̃ꝫ ꝑſone publice ſtipulãti ⁊ recipienti ꝓ dictis pauperibus. dono irreuocabiliter ⁊ inter viuos dictã medietatẽ bonoꝝ meoꝝ conſtituẽs me ex nũc eam poſſidere p̃cario nomine facit tandẽ aliud teſtamentũ. Modo querit᷑ vtrũ pauꝑes valeant aliq̃d habere ex tali donatõe. R. Bal. vbi ſupra ꝙ fuerunt opiniones. vna ꝙ ſic que ẽ dñi. Py. ff. de teſtamentis. l. heredes pala. §. fi. ⁊ in regula. quod ſemel placuit. ď re. iur. li. vi. Alia ꝙ nõ. qꝛ iſte cõtractus donatõis videtur impedire liberã teſtamẽti factõem. ff. de ver. obli. l. ſtipulatio hoc modo. Sed aduerte ꝙ nos ſumus extra caſum doctoꝝ. Nam hic interuenit traditio. vnde ⁊ ſi donatio eſſet infirma ⁊ ſine cã tñ dominus volẽs trãſſerre dñium. trãſfert. ff. de condi. ob. cãm. l. iij. §. ſubtilius. vel qꝛ cauſa eſt ipa. liberalitas. vt. ff. de donatio l. hoc iure. Itẽ ipa pietas. vt. ff. de condi. indebi. l. cũ his. §. ſi in ea opiniõe ſit mulier. et no. in ſti. de obli. q̃ ex quaſi cõtractu. §. ex quibuſdã ad hec. C. de ſa. ſan. ec. l. fi. volẽs ergo ſuſtinere opinionem. Pyni faciat ꝙ ꝓcedatur ad traditõnis actũ. qui etiã ſub cõditõe fieri põt. vt. ff. de acqui. poſ. l. qui abſenti. ⁊ cautius ſi interueniat traditio corporalis q̃ꝫ ſi precaria qꝛ p̃cariũ forte nõ valet. Tu cogita ego dimitto te ſine deciſione. hec Bal. Sed tu tene ꝙ ſi vult vt valeat donet alicui publice ꝑſone inter viuos ſub tali cõditõe ⁊ tradat qꝛ ſic valebit indubitanter.

15 Vtrũ cũ vir facit teſtamentũ ⁊ legat vxori certũ quid hoc acto ꝙ ſi mutaret teſtamentũ ſiue nõ iſta vxor iure donatõis inter viuos debeat habere certã domũ quã ſibi legauerat ⁊ demũ mutauit teſtamẽtũ nulla facta mentõe de dicta donatione. An mulier debeat habere dictã domũ videt᷑ ꝙ nõ. d. l. ſtipulatio hoc modo. Contrariũ dico qꝛ iſta donatio eſt preſens ⁊ pura qꝛ dixit. ſiue mutauero ſiue nõ ⁊ ideo nõ eſt appoſita in penã teſtamẽti mutati Caue tñ qꝛ niſi interuenerit traditio nõ ↄfirmatur morte ⁊ ſufficit ꝙ traditio interueniat tẽpore donatõis vel poſtea viuo donãte. ff. de donati. inter vi. ⁊ vxo. l. papinianus. alias incipit ſi quis ꝓ vxore. ⁊ arg. in. l. ij. C. ſi quis alteri vel ſibi. ħ Bal. vbi. s.

16 Quõ interp̃tat᷑ pacta obſcura. R. ꝙ in dubio contra ea qui eũ appoſuit ⁊ potuit apertius declarare. ff. de pac. l. veteribus.

17 Pactũ legis cõmiſſorie quid ẽ. R. in ↄtractu venditõis ẽ pactio qua reddit᷑ inemptum q̃d venditũ eſt ſi nõ ſeruat᷑ q̃d ẽ ꝓmiſſum. vt in l. i. ⁊ ij. ff. de le. cõmiſſoria. ⁊ fit ita vendo tibi fundũ ⁊ ſi. j. talẽ diẽ nõ ſolueris p̃ciuꝫ inẽptũ ſit. In pignore aũt fit ſic. niſi lueris pignus. j. certũ tempus ſit ꝑditũ. vel ſit mihi ꝓ ſoluto.

18 Vtrũ generaliter ſit reprobatũ. R. ꝙ non vt. ff. de le. cõmiſſo. ꝑ totũ. vbi patet ꝙ valet in ↄtu venditõis. ſed in pignore generaliter ẽ reprobatũ. vt in. l. fi. C. de pactis pigno. ⁊ in. c. ſignificante. de pigno. ⁊ ideo ipo nõ obſtante pignus eſt reſtituendũ. niſi iuraſſet in tali pacto. vt in. d. c. ſignificante.

19 Vtrũ iſtud ſit pactũ le. ↄmiſſorie pignoro tibi hanc rẽ ⁊ ſi nõ luero. j. menſem nunq̃ꝫ poſſim luere. R. Bal. vbi. s. de vſi. feu. de feudo dato inuicẽ. l. cõ. ꝙ ſic licet nõ dicat᷑ ꝙ dñium ſit apud creditorem iſta ẽ glo. no. in. l. vlti. C. de pac. pigno.

20 Vtrũ poſſit fieri iſtud pactũ cũ fideiuſſore vꝫ ſi nõ extraxero te de obligatõe ꝙ pign⁹ q̃d ꝓ indemnitate tibi dedi loco indemnitatis ſit tuũ. R. Bal. vbi. s. glo. dicit hic ꝙ valet. qꝛ ſpeciale eſt in his qui ꝓ alio ſunt obligati. qꝛ hoc modo pñt indemnes ſeruari. vt. ff. ď cõtrahen. emp. in. fi.

21 Vtrũ in dote valeat hoc pactũ. Si tibi pecuniã nõ reſtituero talẽ fundũ loco ꝑmutationis aſſigno. R. Bal. vbi. s. videt᷑ ꝙ ſic. qꝛ iſta ẽ quedã ꝑmutatio. vt. ff. de iure doti. l. ita cõſtante. ⁊ l. fi. Itẽ ſpeciale videt᷑ in dote. vt. ff de ſolu. l. calipodius.

22 Vtrũ valeat iſtud pactũ obligo tibi taleꝫ fundũ ꝓ. x. ⁊ ſi nõ ſoluero tibi infra mẽſeꝫ habeas eũ emptum iuſto p̃cio. R. Bal. vbi. s. ꝙ ſic. ⁊ ẽ mirabile q̃d licet nõ ſit collatũ in alicuius arbitriũ declarãdi p̃ciũ valet. qꝛ iſtud pactũ eſt ꝑs alterius cõtractus validi. iſte eſt caſus mirabilis. ff. de pigno. l. ſi fund⁹. §. fi.

23 Vtrũ cuꝫ mutuaſti mihi. x. nullo pignore cõſtituto hoc acto ꝙ ſi nõ ſoluero. j. mẽſeꝫ talis domus mea ſit tua ꝓ illis decẽ valeat tale pactũ. R. qui. s. ibidem ꝙ ſic. qꝛ nõ eſt pactũ pignoris. vt. d. l. fi. ff. de contrahẽ. empti. vbi tex. eſt notabilis.

24 Vtrũ cũ pactũ. l. cõmiſſorie eſt appoſitum nõ ipi cõtractui pignoris. ſed diu poſtea valeat. R. qui. s. ibidẽ. ꝙ ſic. vt. ff. ď pigno. act. l. titius. vel vbi interuenit pactũ rogatũ debitoris ⁊ eius gratia. nõ voragine creditoris. Et dicunt ꝙ ex interuallo valet ad excipiẽdũ non ad agendum vt refert Bart. in. d. l. calipodius.

Palla dicit̃ lineus pannus conſecra-
tus. qui extendit̃ ſup̃ altare ⁊ ſup̃ quo
extendit̃ corporale. ⁊ a quo debet be-
nedici. vide. s. benedictio. §. i.

Pallium vt hic ſumit̃ eſt ſpeciale or-
namẽtũ archiep̃oꝝ in quo plenitudo
officij cõfertur. de auctoritate. ⁊ vſu.
pa. c. niſi ſpecialis.

1 ¶ Quando debet peti. R. infra tres mẽſes a
tp̃e cõſecratõis vł ↄfirmatõis. ſi ante nõ fu-
it ↄſecratus aliter p̃t remoueri. ca. qm̃. c. di.
nec ante debet ſe archiep̃m nominare. d. c. ni-
ſi. Nec etiã poteſt anteq̃ habeat ip̃m palliuꝫ
cõciliũ cõuocare conficere criſma dedicare
baſilicas. ordinare clericos nec ep̃os cõſecra
re. c. qđ ſicut. de elec. §. pe.

2 ¶ Utrũ archiep̃s poſſit ſuũ palliũ alteri ac
comodare. R. ꝙ nõ. imo dꝫ cũ eo ſepeliri qꝛ
pſonam eius nõ tranſit. c. ex tuaꝝ. ⁊. c. ad hoc
de auctoritate ⁊ vſu. pa.

3 ¶ Utrũ ſemp̃ debeat celebrare cũ pallio ar-
chiep̃s. R. ꝙ tã in ſua q̃ꝫ in aliena dioceſi p̃t
abſq̃ꝫ pallio celebrare vł ſandalijs. In ſua ve
ro dioceſi nõ ſemper debet celebrare cũ pal-
lio. ſꝫ tm̃ in diebus illis qui in eccleſie ſue p̃ui
legijs ſunt exp̃ſſi. extra eccleſiã non dꝫ eo vti
vt in pceſſiõib⁹. c. ſi. de auctoritate. ⁊ vſu. pa.

4 ¶ A quo dꝫ peti. R. ꝙ a papa. d. c. quoniã. et
etiã a patriarcha. c. antiqua. de p̃uile.

Papa ſũmus eſt inter om̃es. qꝛ ip̃e ſo-
lus hꝫ plenitudinẽ poteſtatis. vt pꝫ
ij. q. vi. qui ſe ſcit.

1 ¶ Utrũ papa poſſit diſpenſare in omnibus
p̃ceptis moralibus legis nature vł diuine. R.
Canoniſte in. c. literas. de reſti. ſpo. ⁊ in. c. p-
poſuiſti. de cõceſ. p̃ben. ⁊. in. c. cũ ad monaſte
riũ. de ſtatu. mo. ⁊ in. c. p̃uenerabilẽ. qui filij
ſunt legi. varie ⁊ confuſe loquũtur. nec ex eo-
rũ doctrina poteſt hec queſtio declarari. Sꝫ
vt clare intelligat̃ ſic diſtinguo vt colligo ex
doctrina. Sco. in. iij. di. xxxvij. ⁊ Alex. in. iij.
p̃te ⁊ Heri. in. v. quol. q. xxix. ⁊ Fran. in. ij. ſen
tẽtiaꝝ. ꝙ ſunt aliqua de lege nature. ſeu diui
na tanq̃ꝫ principia practice nota ex terminis
que ſunt hec. Finale bonũ ẽ appetendũ. Ma-
lũ intellige moris ẽ fugiendũ. qꝛ aut auertit
a finali bono vt ẽ cupiditas mortalis. Aut re
trahit ab ip̃o vt eſt cupiditas venialis ⁊ iſta
ſunt oĩo indiſpẽſabilia. aliqua ſunt đ lege na
ture vt cõcluſiões neceſſario ſequẽtes ex p̃n-
cipijs p̃dictis vt iſta deus ẽ diligẽdus. ⁊ pri
mus. Et in iſtis nulla p̃t cadere diſpenſatio.
vñ iſto modo ius naturale dꝛ ĩmutabile. vt dꝛ
in. c. ius naturale. iiij. di. Ratio ẽ qꝛ rõ legis
q̃ ẽ id qđ dicũt p̃dicta duo p̃ncipia ab eis nõ
p̃t ſepari in aliquo caſu. vñ qꝛ p̃mũ p̃ceptũ đ
calogi ⁊ ſcđm ſunt de hmõi. Jõ ſimplicit̃ ſũt
indiſpenſabilia. Tertiũ vero p̃ceptũ q̃tũ ad
cultum deo exhibendũ. aliqñ ſilr̃ eſt de hmõi
Jõ q̃tũ ad hoc ẽ indiſpẽſabile lꝫ quo ad de-
terminatõem tp̃is ſit diſpẽſabile. vt pꝫ in. c.
lꝫ. ⁊. c. cõqueſtus. de ferijs. Sunt ⁊ alia de le-
ge nature ñ tanq̃ꝫ p̃ncipia. aut cõcluſiões ne-
ceſſario a p̃mis p̃ncipijs deducte ſꝫ qꝛ ſũt mł
tũ ↄſona p̃dictis p̃ncipijs ⁊ cõcluſiõib⁹. cuiuſ
modi ſũt p̃cepta ſcđe tabule ⁊ oĩa moralia da
ta in lege moyſi ⁊ Euãgelica. Ex p̃mo em̃ p̃n
cipio ⁊ cõcluſionib⁹ neceſſarijs ſequẽtibus ex
eo nõ ẽ quo ad primũ niſi vnũ p̃ceptũ. ſ. dili-
ges eũ. ſed qꝛ primus fuit mutatus p̃ peccatũ
⁊ factus p̃nus ad malum ideo addita fuerũt
plura p̃cepta tãq̃ꝫ mł tũ ↄſona p̃mis p̃ncipijs
⁊ cõcluſionibus p̃dictis. Et in iſtis quãtũ ad
ratõem ip̃oꝝ nõ p̃t cadere diſpẽſatio. ſed be-
ne q̃tũ ad obſeruãtiã ſanctionũ ſic ⁊ Augu.
in li. cõfeſſio. ponit exẽplũ dicẽs. ꝙ ſicut me-
dicina eſt ars immutabilis tñ medicus aliqñ
mutat p̃cepta languẽtibus. ⁊ tñ rõ p̃cepti ar
tis. in ſe ẽ immutabilis. vñ lꝫ papa nõ poſſit
diſpenſare vniuerſaliter in p̃ceptis ſecũde ta
bule qꝛ vt cõmuniter. ⁊ in plurib⁹ in eis ineſt
ratio legis. Tñ ſi occurreret caſus p̃ticulariſ
in quo deficeret ratio legis p̃pter cauſas ſpe-
ciales impediẽtes obſeruatõem p̃ceptoꝝ le-
gis, ex applicatõe ip̃oꝝ ad diuerſas materias
Tunc papa poſſet diſpenſare. Aliter vt dicit
Ricar. in. iiij. di. xxxviij. Nõ videret̃ deus fu
iſſe bonus paterfamilias niſi dimiſiſſet paſto
rẽ ſuper gregẽ ſuum qui poſſet ↄſulere omni-
bus occurrentibus ⁊ neceſſario expediendis
Nec etiã poſſet dici ꝙ papa ſit generalis cõ-
miſſarius dei aſſumptus in plenitudine pote-
ſtatis cuius cõtrariũ determinat̃. ij. q. vi. qui
ſe ſcit. ⁊. xxiiij. q. i. quodcũq̃ꝫ. Et qđ dico de p̃
ceptis ſecũde tabule idem dic de omnibus p̃-
ceptis veteris ⁊ noui teſtamenti. Uñ do. Ar
chi. florẽ. in ſumma dicit ſe audiuiſſe a fidedi
gnis ꝙ papa Martinus quĩtus habita ↄſul
tatõe cũ multis doctiſſimis viris ĩ ſacra theo
logia ⁊ iure canonico diſpẽſauit cũ quodaꝫ q̃
acceperat germanã ſuã in vxorẽ p̃pter multa
mala ⁊ ſcãdala que eueniſſent ſi eã dimiſiſſet
⁊ que euitari nõ poterãt. niſi ſic diſpẽſaretur
Et idẽ ego dico de ſiłib⁹. ar. ij. q. i. c. młti. ĩ fi.
⁊ dico. c. q̃ ſe ſcit. cũ ſiłib⁹. Et ſic ſcđm hãc di
ſtinctõꝫ intellige ⁊ limita. d. ca. lr̃as. ⁊ ſiłia q̃

videnť dicere. ꝙ ꝯ̄ legē diuinā ⁊ euāgelicam
aut aplm̄ nō p̄t papa diſpēſare. vt in. c. ſūt q̄-
dam. xxv. q. i. qꝛ verū ē vbi ratio legis nō ceſ-
ſat. Et in p̄dicta opi. cōcurrūt oēs canoniſte.
ſi bn̄ intelligant q̄n dicunt ꝙ papa p̄t decla-
rare. interp̄tari. ⁊ limitare ac diſtiguere ius
diuinuʒ qđ nihil aliud eſt dicere. niſi videre.
vbi rō ceſſat vl' nō. vt ſic nō diſpēſet vl' diſpē
ſet. ⁊ ſic tene firmiter.
2 ¶ Sʒ quis poterit ſcire q̄n ratō legis deficit
in aliquo caſu. R. ꝙ iſtud aliq̄n habem⁹ ex ex
emplo ip̄ius dei q̄ mltoties' diſpēſauit in ſua
lege. vn̄ in ſili caſu poſſumus ⁊ nos cognoſce
re. Sʒ q̄n talis diſpēſatōis vel ſilis nō habe-
mus exēplū in ſacra ſcriptura. tūc ad ſolū pa
pā ꝑtinet ip̄ius declaratio. cui dictū ē. Quod
cūq3 ligaueris ſup terrā. in. d. c. qđcūq3. qui q̄
dē multa declarauit. vt in materia voti. iura
menti ⁊ hmōi. Et aliq̄n etiā ex ip̄a noſtra rōe
colligimus vt facim⁹ in gladio depoſito quē
dicimus nō fore reddendū deponenti effecto
furioſo. vt in. c. ne quis. xxij. q. ij. ⁊ ſilibus. vn̄
firmiter credo ꝙ ſi aliquis petēs diſpēſatōeʒ
in aliquo caſu ꝯ̄ legē dei n̄ interponat impor
tunitatē munerū vl' p̄cū. ſʒ ſimpliciter ponet
ſe in manibus ip̄ius pape exp̄mendo caſū ſu
um ꝙ deus nō ꝑmitteret errare vicariū ſuum
in diſpenſando.
3 ¶ Vtrū papa poſſit diſpenſare in oībus que
ſunt iuris poſitiui. R. ꝙ quāuis aliqui cano-
niſte teneant ꝙ nō p̄t diſpēſare ꝯ̄ ſtatum vni
uerſalem eccleſie. vt in. d. c. ſunt quidā. Item
in his in q̄bus decolorareť ſtat⁹ eccleſie. ꝑ. c.
⁊ ſi illa. i. q. vij. Ego tn̄ dico ꝙ vniuerſaliter
p̄t diſpenſare. ſʒ tn̄ nō eſſet tolerandus ſi di-
ſpēſaret cōtra p̄dicta ſine rōabili cā pur di-
ſpēſatio teneret. ⁊ ſic teneť cōiter.
4 ¶ Vtrū papa poſſit diſpēſare in gradib⁹ cō
ſanguinitatis. nō ſolū ꝓut nūc. ſed etiam ꝓut
ex tunc. R. ſm Jo. an. in. c. ꝑ venerabilē. q̄ fi
lij ſint legitimi. ꝙ ſi ꝯ̄ctū ē in gradu ꝓhibito
diuina lege p̄t diſpenſare ꝓut nūc. ſed nō ꝓut
tūc. ſ. vt filij ſint legitimi. qui ante diſpēſatōʒ
nati fuerant. Sʒ in matrimonio humana lege
ꝓhibito p̄t diſpenſare ne dū ꝓut nūc. ſʒ etiā ꝓ
ut ex tūc. Qđ limito verū q̄ ad iſtud vltimuʒ.
niſi ius eēt q̄ſitū alteri. puta qꝛ patre mortuo
ſucceſſerūt iā agnati. vn̄ licʒ poſtea legitima
ret filiū nō excluderet agnatos ſed in iure q̄-
rendo valeret. vide legitimatio. §. i. ⁊. ij.
5 ¶ Vtrū poſſit diſpenſare in bigamia. vide.
s. bigamia.
6 ¶ Sʒ qđ de obligatōe q̄ſita layco q̄ ei nō ſub
eſt q̄ ad tp̄alē iuriſditōeʒ. R. Pa. in. c. ij. đvo
ro. ꝙ ſi talis obligatio ſolū ꝯ̄hiť ex fidei p̄ſta
tōe. ſic papa p̄t ex cauſa ab ea abſoluere ⁊ di-
ſpēſare. vt i. c. quāto. đ iureiur. Sec⁹ āt ſi ali
unde eſſet q̄ſita. qꝛ cū talis obligatio ſit de iu
re gētiū. nō poterit ꝑ papā tolli. Cle. paſtora
lis. de re. iudi. ⁊ no. Inno. in. c. q̄ in eccleſiaꝝ
de ꝯſti. ⁊ legiſte in. l. fi. C. ſi ꝯ̄ ius vl'ti. pu.
¶ Que ſūt q̄ reſeruanť pape. R. ꝙ abſolutio 7
ab excōicatōe in. xxxix. caſibus. đ q̄bus. s. Ex
cōicatio. v. Itē diſpētio in multis. de q̄bus
s. diſpenſatio ⁊ irregularitas. Itē cāe ꝯ̄uio
res facit. c. i. de iura. calū. ⁊. c. multꝫ. xvij. di. ⁊
c. q̄t. xxiiij. q. i. ⁊. c. vt debitus. de appel. ⁊ que
ſūt vide in. c. ꝙ trāſlatōʒ. de offi. le. in glo. q̄ h
omitto. qꝛ parū ꝑtinent ad cōfeſſores.
¶ De eo q̄ gerit ſe ꝓ papa. n̄ elect⁹ a duab⁹ ꝑ- 8
tibus cardinaliū. ⁊ đ obſeruādis in ei⁹ electō
ne. habes. s. Excōicatio. vij. caſu. ij. ⁊ ca. xiij.
¶ Vtrū papa poſſit dicere ꝯ̄ aliđ ſtatutū i cā 9
fidei ſine cōcilio. R. ꝙ n̄. vt i. c. anaſtaſi⁹. xix.
di. qꝛ papa p̄t errare in fide. xl. di. ſi papa. ſʒ n̄
tota ecclia. c. a recta. ⁊ ibi ho. gl. xxiiij. q. i.

Paraferna. đr a para qđ eſt iuxta ⁊
ferna qđ ē dos q̄ſi iuxta dotē. Vn̄ bo
na parafernalia dicunť oīa bona vxo
ris extra dotē. vt dicit gl. in Rica. C. đ pac.
cōuē. Azo in ſumma. C. de iure do. Bal. in. l.
ij. C. de ſen. q̄. ſi. cer. ꝑti. ⁊ in. l. fi. C. q̄ po. in
pig. ha. ⁊ in. l. ob maritorū. C. ne vx. ꝓ mari. ⁊
in. l. ſi mulier. C. de pac. cōuē. Et de iſtis ha-
bes tex. in. l. ſi ego. §. dotꝫ. ff. de iure do. ⁊ gl.
in. c. plerūq3. de dona. inter vi. ⁊ vxo.
¶ Vtrū ſtatutū loquēs đ dote extēdatur ad i
parafernalia bona. R. ꝙ ſic. ſm gl. in. c. ex lit
teris. de pigno. Albri. in. l. vbi adhuc in. xxij
colūna. C. de iure do. ⁊ in Rica. C. de re. vx.
ac. ⁊ in. l. de q̄bus. in. iiij. col. ff. de legi.
¶ Vtrū bona parafernalia ſint ꝓuilegiata ſi 2
cut dotalia quo ad hoc vt bona viri ſint hypo
thecata ſic ꝓ dote. R. gl. in. c. ex lr̄is. de pign.
⁊ gl. in. l. fi. C. de pac. cōuē. ꝙ ſic. Vn̄ ſi ſpā-
lē ſibi pro his hypothecam a viro exegit illa
erit cōtēta. Si aūt nullā exegit habebit hypo
thecata oīa bona viri ꝓ oībus p̄fatis bonis.
vt in. d. l. fi. ⁊ de q̄bus hʒ vir adminiſtratōem
De alijs aūt q̄ vxor penes ſe retinet nō hʒ hy
pothecā in bonis viri. ſm Pa. in. d. c. ex lr̄is.
Iſta tn̄ hypotheca nō eſt ꝓuilegiata ſʒ cōis
ſm Inno. ⁊ Jo. an. in. d. c. ex litteris.
¶ Vtrū maritus debeat hr̄e fruct⁹ dictoruʒ 3
bonoꝝ parafernaliū. R. ꝙ non naturales q̄n
dominiū eoꝝ nō ē trāſlatū in virū ꝙ nunꝗ̄ ꝑ

ſumit̃ tra͂ſlatũ niſi ꝓbet̃.vt no.glo.in.d.l.fi.ſʒ ſolũ ꝑt habere co͂modũ bonoꝝ alioꝝ ꝓpter labores in exigendo.aduerte hic ꝙ q͂n maritus debet habere fructus nihilominus ſi aliquid ſupeſt ꝙ no͂ ſit co͂ſũptũ dicit̃ ꝑtinere ad ipſam vxore͂.ꝑ ea que no.in.l. vbi adhuc. C .de iure do.⁊ in.l.fi. C.de pac.co͂uen.⁊ ibi Bal.dicit Bar.conſuluiſſe.

¶ Sed nũquid in deferendo in domũ mariti dicta bona.⁊ ea eidem aſſigna͂do tranſeat in dominiũ mariti. R. ꝙ no͂. vt in.l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure do.

¶ Ex qua culpa tenet̃ vir ſi male.d.bona. adminiſtrat. R.ꝙ.de dolo.lata culpa ⁊ leui culpa.vt no.in.d.l.fi.

¶ Sed qua actõe repetunt̃. R. ꝙ ſi dominiũ eoꝝ tra͂ſtulit in maritũ co͂dicet co͂ditõe certi. vł ſine ca͂.vł ob ca͂m. Si aũt no͂ tra͂ſtulit dominiũ ad exhibeñ.ſi no͂ nixus ſit maritus amouere. Vel rerũ a͂motaꝝ ſi ſit nixus a͂mouere.vt in.d.§.dotʒ. Vł ſm gl.ibide͂ aget d̓poſiti.q͂n eas cuſtodie͂das marit⁹ accepit.vł ma͂dati q͂n vxor ma͂dauit cuſtodia͂ earũ marito.

PArentis appellatione no͂ tm̃ pater ſed ⁊ auus ⁊ ꝓauus. ⁊ deinde omnes ſuperiores co͂tinent̃. Sed ⁊ mater et auia ⁊ ꝓauia.ff.de ver.ſig.l.appellatõe.

¶ Pare͂tes quo͂ tenent̃ alere filios.⁊ filij parentes.habes.s. Alimenta.⁊.s.filius. §.xxi. Et quomodo tenent̃ ex co͂tractu filioꝝ.s.obligatio.§.fi.⁊ ex delicto.s. Dñs. §.iiij.

PAricida eſt qui pare͂te͂ occidit vſqʒ in infinitũ in linea aſcende͂tiũ ⁊ deſce͂dentiũ. Et no͂ ſolũ qui occidit.ſed et omnes qui ſunt conſcij ad hoc vel opera͂ in aliquo dederũt.vt.l.i.⁊.ij.⁊.iiij.⁊.l.vtrũ.ff.d̓ parici.

¶ Que pena paricidarũ. R.ꝑmo virgis debʒ cedi.deinde in ſacco corij co͂ſui cũ cane. gallo vipera.⁊ ſimia.⁊ ſic iactari in mari.vł flumine. Et ſi flumen vel mare no͂ eſt ꝓpe beſtijs ſubijciatur.l.pe.ff.de parici.⁊. C.eo.ti.

PArrochia dicit̃ locus in quo degit populus alicui eccleſie batiſmali deputatus certis finibus limitatus. vñ plures eccleſie baptiſmales no͂ debent eſſe in eiſde͂ limitibus.xvi.q.i.plures baptiſmales. facit.c.i.xiij.q.i.de his que fiũt a ꝑla.c.paſtoralis. Aliquando ꝓchia dicit̃ totus ep̃atus c.ꝑmo de rapto.de parro.c.ſuꝑ eo.de offi.archi.c.ij.§.penul. No. Hoſtien.⁊ Bona.in ſũma.co.ti.

¶ In quo conſiſtit ius parrochiale. R.ꝙ in ſeptem. Primo vt in diebus dominicis ⁊ feſtiuis populus audiat miſſam in ſua parrochiali eccleſia.d̓ q̊ dic vt.s. Miſſa.§.lix. Precipitur tamen in virtute obedientie ⁊ ſub interminatione maledictionis eterne religioſiſ omnibus ne dicant aliqua verba. intellige infamatoria vel falſa vt retrahant laycos ab eccleſiarum ſuarum freque͂tia vel acceſſu.in clemen.religioſi.de priuile. Secundo conſiſtit ius parrochiale in decimis.xvi.q.ij.in multis de deci.c.ad apoſtolice.de quo ſupra decime Tertio in oblationibus.x.q.i.q̄ ſacerdotes ⁊.ca.ſanctorum.⁊.c.ſequen. Quomodo aũt obligantur ad oblationes.vide.s.oblatio.§.i. Quarto in penitentijs accipiendis.in capitulo omnis.de pe.⁊ re.vide.s. Confeſſio.iij. Quinto in exhibitione ſacramentorum. Sexto in ſepulturis. Septimo in benedictiõe nubentium.de quibus.de ſepul.per totũ.xiij.q.ij.placuit.de ſimonia.ca.ſuam.⁊ vide in ſuis locis. Pre.tamen.ix.in priuilegio quod incipit.attendentes.declarat ꝙ in priuilegijs minoribus conceſſis.vbi dicitur ſaluo iure parrochiali.intelligi debere circa oblatões decimas.⁊ ꝑmitias ſolũ.⁊ no͂ in alijs.

¶ Quomodo efficitur quis de parrochia aliqua. R.ꝙ acquiſitione domicilij ibidem vt.s Domicilium. Item quo ad ſacramentum co͂feſſionis ⁊ eucharistie. Efficitur etiam cũ q̇s per maiorem partem anni.puta per plus q̃ ꝑ ſex menſes in ea moram facit licet ibidem no͂ tranſtulerit domicilium ſm Pa.in.c.omnis vtriuſqʒ ⁊c̃. Et de hoc vide ſupra Confeſſio.iij.§.x.⁊.xi.

PArtis appellatione quid continetur vide.s.fama.§.iiij.

PAcientia eſt ſuas ⁊ ſuoruʒ iniurias ac cetera mala equanimit̃ ferre.xxiij.q.i.§.i.

¶ Vtrũ ſemper ſit habenda. R.ꝙ ſic intus. ſed ab extra non quando non expedit ſaluti proximi.xxiij.queſtione prima.paratus.quia vbi hoſtis non perſonam.ſed fidem querit ſi ſibi non reſiſtitur non patientia ſed negligentia eſt.xxiij.queſtione.iij. Maximianus. Et pacientia prelatorum qua vitia nutriuntur peſtifera eſt.xxiij.queſtione.iij.iuſtuʒ licet aliquando toleretur aliquod malum laudabiliter propter maius malum euitandum.xxiij.q.iiij.ecce.⁊.c.ſequenti. Sed qua͂do expedit ſaluti proximi ſic etiam eſt habenda ab extra et ſic intellige illud. Luce.vi. Si quis percuſſerit te in vnam maxilla͂ prebe ei ⁊c̃.ſm Aug.

quantũ ad ꝑparationem animi. ⁊ alteraꝫ ſi ei
us ſaluti expedit dicto. §. i. alias nõ. ſicut nec
chriſtus eam ꝓbuit in cõſpectu pontificis ꝑ-
cuſſus. d. c. paratus.

Patria poteſtas ẽ de iure ciuili intro
ducta. ⁊ ſoluit̃. Primo cũ pater tran-
ſit in poteſtatẽ alterius. puta efficit̃
religioſus. Et ideo cũ ſit in poteſtate abbatiſ
nõ poterit habere filium in poteſtate. vt in. l.
arrogator. ff. de ado. facit. c. cũ ſcimus. de re-
gula. ⁊ no. in aut. ingreſſi. ⁊ aut. ſi qua mulier
C. de ſa. ſan. ec. Itẽ ſecũdo ſoluitur qñ filius
poſt pubertatẽ ꝓfitet̃ in religiõe approbata.
vt notat glo. in. c. i. xx. q. ij. ⁊ gl. in. l. ſi ex cau-
ſa. §. papinianus. ff. de minoribus. ſꝫ ante pu
bertatẽ nõ p̃t ꝓfiteri patre inuito. q2 nõ deſi
nit patria poteſtas ꝑ ingreſſum ante puberta
tẽ. ⁊ ideo tenet̃ patri obedire. imo nec pater
p̃t offerre filiũ impuberẽ religioni matre con
tradicẽte. ſm Inno. ⁊ no. Pa. in. c. ij. de reg.
q2 obediẽtia qua filius tenet̃ matri ẽ de iure
naturali ⁊ diuino. ſed patria poteſtas de iure
ciuili. ⁊ ideo in iſtis ſpũalibus magis cõſide-
rat̃ ratio naturalis ꝙ̃ ciuilis. Nec auus ſimi-
liter patre cõtradicẽte eadẽ rõe.

Patriarcha greca lĩgua ſũmus pa-
trũ interp̃tat̃. xxi. di. cleros. dicit̃ eti-
am ꝑmas quoniã idẽ eſt. vt. xcix. di. ꝓ
uintie. ⁊ ſunt quatuor principales. ſ. Roma-
nus. Cõſtantinopolitanus. Ieroſolimitanꝰ
⁊ Alexandrinus. Alij quoqꝫ ſunt Aquilenſis
Bituricenſis. Cantuariẽſis. Gradẽſis. ⁊ An
tiocenus. vt notat glo. in. d. c. cleros.

i ¶ Quid pñt facere. R. ꝙ crucẽ ante ſe dſer-
ri faciũt. niſi in vrbe ⁊ vbi ẽ papa vel eius le-
gatus. Appellat̃ ad eos omiſſis medijs. Itẽ
ſupplet negligẽtiã metropolitani ⁊ q̃dã alia
de quibus. ⁊ in. c. antiqua. de ꝑuile. ⁊. d. c. pro
uincie. ⁊. ix. q. iij. cõqueſtus. ⁊ de officio ordi.
pñti. li. vi. de appella. ſollicitudinem.

Patronus habes. s. Ius p̃ronatus
Peccatum ẽ in triplici genere. quod
dã dicit̃ originale. qđ nihil aliud ẽ ni
ſi carentia iuſticie originalis debite
in ꝑmo parente accepte ſecundũ Anſel. in li.
de cõceptu virginali. Et iſtud ẽ omnino inuo
luntariũ ⁊ in vniuerſali ⁊ in ꝑticulari. Solũ-
mõ fuit volũtariũ volũtate aliena. ſ. ade. Et
ꝓpterea p̃t remitti ſine actione ⁊ ſine paſſiõe
voluntatis illius in quo eſt. vt ꝑ baptiſmũ. de
quo in. ca. maiores. in. §. hic vero diximus de
baptiſmo. Que quidem iuſticia originalis fu
it quoddã auxilium diuinũ ſuper naturale ne
ceſſariũ homini ratõe ſue cõpoſitõis. q2 cum
ſit cõpoſitus ex anima ⁊ corpore ex intellectu
ali ⁊ ſenſuali que quodãmõ ſi ſue nature reli
quantur. intellectũ aggrauant ⁊ impediũt ne
libere ad ſummum cõteplatõis pringere poſ
ſit. Ideo data fuit ſibi iuſticia originalis ꝑ
quã ſi mens hominis ſubderet̃ deo etiã ei ſub
derentur omnes vires inferiores. vt libere in
deum poſſet tendere. cuius ſubtractio fuit fa
cta per peccatum originale. Cuius duplex ẽ
pena. Vna taxata peccato. ſ. priuatõ iuſtitie
originalis. ⁊ carentia viſiõis diuine. Alia eſt
pena concomitans. ⁊ hmõi ſunt infirmitateſ
mors. ⁊ alia mala que ſequũtur. ſicut ſi iudex
ꝓ peccato imponeret penam eruitõnis oculo
rum ad quã ſequerent̃ poſtea multa damna.
Hec ex Fran. de maio. in. ij. ſentẽtiarũ. Quod
dam dicit̃ veniale. ⁊ iſtud aliquando ẽ volun
tarium volũtate ꝓpria ⁊ ſimpliciter. ſicut qñ
ex deliberatõe quis dicit mendaciũ iocoſum.
xxij. q. ij. c. ꝑmũ. Aliquando vero partim ẽ pe
na ſicut motus inordinati qui oriũtur nobis
ex corruptela preuaricationis ade. Partim
vero eſt culpa. q2 licet nõ ſit a volũtate ꝓpria
antecedente orit̃ tamen a volũtate concomi-
tante ⁊ nõ ꝓhibente. vel non p̃cauente cũ poſ
ſit ꝓhibere. vl̃ p̃cauere tales motus inordina
tos. d iſtis dicit̃. xxv. di. §. alias. Et ad remiſ
ſionẽ eius cõcurrunt tria. ſ. pena pñs gratia
cõcomitans. ⁊ meritum antecedens. Quod-
dam dicit̃ mortale quod quidẽ eſt voluntari-
um ⁊ in vniuerſali ⁊ in particulari. ⁊ ideo nõ
poteſt ſine noſtra actõe dimitti. vt in. d. §. hic
vero diximus. Et de iſto intelligit̃ illud Au-
gu. li. ꝑmo. retractata. c. xij. ⁊ li. de vera religi
one. Peccatum eſt adeo voluntariũ. vt ſi non
ſit voluntarium nullo modo ſit peccatũ. ⁊. xv
q. ꝑma. §. ſed hoc nõ generaliter.

¶ Quomodo poteſt diſcerni peccatum mor- i
tale a veniali. R. ꝙ precepta diuine legis na
turalis ac humane indicant quid ſit mortale
vel veniale. Nam quicquid eſt contra ipa de
ſe habet rationem mortalis peccati. niſi vl̃ ra
tione ſurreptionis. vel modicitatis. vel ratio
nabilis cauſe quo ad precepta humana vl̃ di
ſpenſationis ſuperioris excuſetur. Peccatũ
vero veniale non eſt contra legem aliquam. ſꝫ
eſt preter legem. quia non obſeruat modũ ra-
tionis quem lex ſancta intẽdit. Hec ex. ij. ſen-
tentiarꝫ. di. xxiij.

¶ In quo differt culpa peccati a pena. R. ꝙ 2
culpa ſeu macula ẽ quedã relatio ad actũ pñ-
tẽ vel preteritum quam diuina voluntas fa-

tit illum qui fecit reputãs indecentem ineſſe
mozali. Ex qua indecẽtia relata ad actũ p̃te
ritũ vel p̃ñtem naſcit̃ obligatio ad penã ex ꝺ
terminatõe volũtatis diuine. Et ideo aliud ẽ
remittere culpã aliud penã. Qñ eñ deus non
concipit hominẽ ſub iſta indecẽtia tũc remit
tit̃ culpa. Quando vero nõ cõcipit̃ ſub obli-
gatõe ad penã tũc remittit̃ pena. Ex quo pa
tet ꝙ eſſe mozale nõ conſiſtit in re extra. ſʒ in
extimatõne. Propterea dicit philoſophus .i.
ethicozũ. ꝙ aliquando filij videnť trahere in
felicitatem a pñtibus. Et ibidẽ dꝛ ꝙ honoꝛ ẽ
honozãtis. qꝛ honozãs agit virtuoſe ⁊ bonũ
in ſe mozale. honoratus aũt nihil facit. Simi
liter iniuria que fit ymagini dicit̃ fieri ymagi
nato. de hoc vide. De. aure. in. iiij. di. xiiij. q.
iiij. ⁊ ſic licet peccatum nõ ſit in eſſe naturali
poſt actũ ipſius ẽ tñ ineſſe mozali. ⁊ ideo dã-
natur ſi non deletur.

3 ¶ Peccatũ qñ dicit̃ in ſpũmſanctũ. R. ꝙ eſt
qñ quis cõtendit abijcere vel remouere illud
qꝺ electõꝫ peccati poſſet impedire. verbi gra
tia. Inſtigat̃ quis ad peccatum ⁊ occurrit ei
diuina ſeueritas puniens illud peccatũ. ⁊ ta-
lis iſtud abicit ſtudioſe ꝑmittens ſibi impuni
tateꝫ vt peccet liberius. Et iſtud ẽ ꝓprie pec-
catũ i ſpũmſanctũ. ⁊ dicit̃ etiã malitia ⁊ blaſ
phemia in ſpũmſanctũ ⁊ eſt ſpeciale peccatũ
⁊ grauiſſimũ. Sunt aũt. vi. que impediũt pec
cati electionem que ponunt̃ in. ij. ſen. di. xliij.
Duo alia ex p̃te donoꝝ dei. Et duo vltima ex
p̃te peccati. Et ꝓpterea ſunt ſex͛ ſpecies pec-
cati in ſpũmſanctum. Prime due ſunt p̃ſum-
ptio qua ſine meritis de miſericordia dei pre
ſumũt ⁊ deſpiratio qua deſperãt de indulgẽ
tia peccatozũ. contra duo p̃ma. ſ. contra timo
rẽ dei ⁊ ſpem. Secũde due ſunt. ſ. impũgnatõ
veritatis agnite. ⁊ inuidẽtia fraterne gratie
contra ſecunda duo. ſ. agnitõem veritatis fi-
dei ⁊ auxilium interioris gratie quã etiaꝫ in
alijs nollet creſcere. ⁊ dolet ſi videt in fra-
tres. Tertie due ſunt. ſ. obſtinatio ⁊ impeni-
tentia. contra tertia duo. ſ. cõſideratõem tur
pitudinis peccati ⁊ breuitatẽ ipſius delecta-
tionis.

¶ Utrũ actus qui ex ſua ſpẽ eſt veniale pec-
catũ poſſit eſſe mortale. R. ꝙ ſic tripliciter.
Primo rõe finis cũ cõſtituit̃ in eo. vel in quã
tũ refert̃ ad mortale peccatũ ſicut ad finẽ. pu
ta cũ quis dicit verbũ ocioſum cũ tali intenti
one ꝙ etiã ſi eſſet ꝓhibitũ de p̃cepto nihilo-
minus diceret. vł dicit vt ꝓuocet aliquã muli
erẽ ad fornicañ. ⁊ ſic intellige illud Aug. xxv

di. §. criminis. nullũ peccatum adeo veniale.
quin fiat criminale dum placet. glo. ſic dum
placet cõplacentia fruitõnis ſeu finis. Scdo
rõe eroneitatis cũ ex cõſciẽtia erronea credit
mortale ⁊ illud cõmittit. xxviij. q. i. oẽs. Ter-
tio ratõe ꝯſenſus in delectatõꝫ. de quo. s. Co
gitatio. hec ex ſancto Bona. in. iiij. di. xvi.

¶ Utrũ oẽ peccatum ſit remiſſibile. R. ſm. 5
Alexan. de ales. in. iij. parte ſumme tractatu
de incarnatione dei ꝙ aliqua peccata dicun
tur irremiſſibilia negatiue q̃ nullo mõ remit
ti poterunt. ſicut ſunt peccata ſolũ angelozũ
malozũ ⁊ hominũ damnatoꝝ. Aliud pecca-
tũ ab iſtis nõ eſt irremiſſibile negatiue. Aliq̃
peccata ſunt irremiſſibilia ꝓuatiue. ⁊ ſic om-
nia peccata ſunt irremiſſibilia qꝛ vt dicit Ie
ro. Pro minimo peccato nõ hñt vnde ſatiſ-
faciant ſimul homines vniuerſi. qꝛ nemo ali-
quid ex ſe habet quo remittat̃. Tertio dicun
tur peccata irremiſſibilia cõtrarie. eo ꝙ con
trarie diſponunt ad gratiã ꝑ quã remitti pñt
⁊ ſic peccata in ſpũmſanctum ꝓprie ſunt irre-
miſſibilia. vt patet intuenti. nõ qꝛ nõ poſſint
remitti ſed qꝛ cõtrarie diſponunt hominẽ vt
remiſſionẽ conſequat̃.

¶ Utrũ voluntas ⁊ opus exterius ſit vnum 6
peccatum. vide p̃ceptũ. §. xiiij.

PEculium dicitur quaſi puſilla pecu
nia ſiue patrimoniũ puſillũ. ff. de pe-
culio. l. depoſiti. Aliqñ dicit̃ oĩe pa
trimoniũ cuiuſlibet hominis etiã liberi. vt. ff
ad trebel. l. cogi. in p̃n. ⁊ multis alijs modis
dicit̃ peculiũ. vt notat glo. in Rica. ff. de pe-
culio. Sed hic intendo tractare ꝺ peculio qꝺ
filius acquirit viuente patre. ⁊ ſub ipſius po-
teſtate exiſtens.

¶ Quot ſunt eius ſpẽs. R. q̃tuoꝛ. Prima dꝛ 1
peculiũ ꝓfectitiũ. ſ. qꝺ ꝓficiſcit̃ ex rebus pa-
tris. Unde glo. in. l. cũ opoꝛtet. C. de bo. q̃ li.
dicit ꝙ lex capit̃ large vt ꝯprehendat omne
id qꝺ occaſione patris obuenit. l. addito. ff. ꝺ
acqui. here. Et iſtud acquirit̃ patri quo ad ꝓ
prietatẽ ⁊ vſumfructũ. Simĩr. dic de acquiſitꝫ
a clerico ex bonis eccleſie vel eius intuitu ꝙ
ſunt eccleſie quo ad ꝓprietatẽ ⁊ vſumfructum
Et ideo nõ p̃t diſponere niſi vt a iure cõcedi
tur. vt. s. Clericus. xiij. Secũdũ dicit̃ aduẽti
tiũ. ſ. qꝺ acquirit̃ ex induſtria vel ex donatõe
facta aliũde q̃ꝫ intuitu patris aliť aliũde pro
uenit ex euentu vel fortuna ſeu induſtria. Ex
ciperes q̃ ab imperatoꝛe vel auguſta donant̃
q̃ q̃ſi caſtrẽſe iudicant̃. C. ꝺ bo. q̃ li. l. cũ multa
Idẽ dic ꝺ donato a rege. qꝛ ſtatutũ loqñs ꝺ

imperatore generaliter intelligitur fore ſtatu-
tum de rege particulariter ſm no. p. Inno. in
c. ſuper quibuſdā. de ver. ſigni. ⁊ in iſto aduē
titio filiuſfamilias acquirit dominiū ſine pro
prietatē. ſed pater habet vſumfructū donec
vixerit. niſi remiſerit vl' niſi ab aliquo ſibi de
tur vel relinquatur hoc pacto. vt ad patrē non
pertineat vſuſfructus. vel niſi ſuccedat filius
vna cū patre in hereditate fratris vel ſororis
Vel niſi qñ pater noluit aſſentire filio adeun
ti hereditatē aliquā. Vel niſi pater commiſe
rit inceſtas nuptias. Vl' niſi patre minus le
gitime diuertēte bona filijs applicentur. Inſti.
p quas pſo. n o. acqui. §. ſancitum in glo. Itē
ſi filius recipit dotem patre non conſentien-
te nec ſe obligante ſm Bar. in. l. contra. ff. re.
amo. quia in iſtis patri nō acquiritur vſuſfru
ctus nec quicꝗ aliud. Sed ſi eum emancipa-
uerit tertia pars vſuſfructus aliorum aduen-
ticiorum remanebit apud patrem ſolū. vt in.
d. §. ſancitum. ſed ſi premoriatur filij erit ſpe-
cialiter ⁊ totaliter. nec cōmunicabit cū alijs
fratribus. Si autem filius pmoriatur anteꝗ
pater. totum erit patris niſi filios reliquerit.
Nam tunc filij erunt loco patris. Unde dicit
tex. in. d. §. ſancitum. Sed id quod ſuis labori
bus. vel proſpera fortuna ei acceſſit hoc in a-
lium peruenit luctuoſum ei fiet.

3 Tertium dicitur caſtrenſe quod a parētibus
cognatis aut alijs degenti in militia donatur.
vel quod ipſe filiuſfamilias in militia acquiſi
uit quod niſi militaret acquiſiturus nō fuiſſ
nam quod erat ⁊ ſine militia acquiſiturus id
peculij. eius caſtrenſe nō eſt. ff. de caſtren. pe-
cu. l. caſtrenſe. cum ibi notatis.

4 Quartū dicitur quaſi caſtrenſe quod acquiri
tur a viris diſertiſſimis patronis cauſarum
viris deuotiſſimis memoralibus. ſ. notarijs.
⁊ agentibus in rebus. necnō magiſtris ſtudio-
rum liberaliū artium. archiatriſqꝫ. i. medicis
⁊ omnibus omnino qui ſalaria vl' ſtipēdia re
cipiunt publica. C. de inofficio. teſta. l. cū an-
tiquis. Ex pdictis patet ꝙ notarij cōmunes
non acquirunt in quaſi caſtrenſe. ſed ſolū no
tarij communes vel dominoꝝ aut officialium
qui deberēt habere ſalariū de publico.

5 Sed quid de acquiſitis p clericos. filioſa-
milias. R. quod res omēs quolibet modo ad
eoꝝ dominiū venietes habebūt ſuas ad ſimi-
litudinē caſtrenſis peculij. ita ꝙ de ipſis ad li
bitum diſponere poterunt ⁊ teſtari legitima
legata filijs vel parētibus. vt in autē. d ſan.
epiſ. §. pſbyteros. ⁊ ponitur C. de epiſco. ⁊ cle
autē. pſbyteros. quod limita verū niſi acqui-
rant ex bonis eccleſie vel eius intuitu. qr tūc
non poterunt diſponere. de quo dic vt. s. Cle
ricus. xiij.

Utrū acquiſitū p muratores. aut carpēta 6
rios ⁊ alios laboratores in rebus cōibus qui
etiā hñt ſalariū ex publico ſit quaſi caſtrenſe
R. ꝙ non. qr nō ſolū requiritur ꝙ id qd acquirit
ſit ex publico. ſed oportet ꝙ ſit ex publica cā
vtputa publico officio aduocationis notarij
cōmunis vel officialiū. ⁊ hmōi. aliter nō erit
quaſi caſtrēſe. Bali. tñ in. l. fi. C. de in offici.
teſta. tenet ꝙ ingeniarij dñoꝝ l' cōis id qd ac
quirūt habebunt p quaſi caſtrenſe.

Sꝫ nūquid aduocati qui ex aduocatōe ali 7
quid aquirūt nō ex publico. ſed a cliētulis ha
bebūt p caſtrenſi. R. ſm Bal. in. d. l. fi. ꝙ ſic.
qr cedit loco publici ſalarij. Ex quo eiſ hodie
nō ſoluitur ex publico. l. fortitui. C. de aduo. di-
uer. iudi. ⁊ ibi dicit Bar. ꝙ ſimiliter erit qſi
caſtrenſe id quod acquirūt aſſeſſores ſm glo.
ibidē. Idē dic ſm Bar. in. l. ſi mulier. ff. d ca
ſtren. pecu. de relictis aduocato p emēdis li-
bris vel equo cā eundi ad officia. ⁊ hmōi.

Utrū donatū filiofamilias. militi aduoca 8
to. aut aliud officiū publicū habenti ſine alia
expſſione ſit caſtrēſe vel quaſi. R. ſm Bart.
in tractatu de duobus fratribus ꝙ aut donā
tur res neceſſarie militie ſiue apte. vt equus
⁊ arma militi. libri aduocato. tūc indubio di
cetur eſſe caſtrēſe vel quaſi a quo cūꝗ donentur
eiſdē. l. miles pcipua. ⁊. l. caſtrēſe. ff. d caſtrē.
pecu. Si aūt donantur ea q nō ſunt apta ad mi-
litiā nō erit caſtrēſe. etiā ſi expſſe dixerit. vt.
l. ſi forte. ff. de ca. pecu. ⁊ qd ibi tꝫ Dynus. ⁊
C. eo. ti. l. i. Et hoc verū niſi in duobus caſib⁹
Primus qñ ille qui donat ſolū ex militia vel
aduocatōe ⁊ hmōi. notus eſt. Scdꝫ caſus eſt
qñ talia donata licet non ſint apta ad militi
am vl' aduocatōem. tñ dantur expenſe vtvendā
tur p emēdis armis. libris ⁊ hmōi neceſſarijs
ad dicta publica officia. Alia vero q poſſunt
eſſe apta ad militiam ⁊ ad alia. vt ſeruus. tūc
ſi ſpecialiter ⁊ nominatim ad ipa ſint data.
ſic erunt quaſi caſtrenſe. Secus ſi ſimpliciter
ſine expſſione. qr non erunt caſtrenſia. niſi vt
dictū eſt. ſint data a noto ſolum ex militia. l.
ſi militi. ff. de ca. pecu. ⁊ quod notat Bart. in
d. l. ſi forte.

Quid de donato filiofamilias qui non eſt 9
miles. nec in aliquo publico officio cū iſta ex
preſſione quod ſit ei caſtrenſe vel quaſi. R. ſe
cundū Bar. in predicto tractatu. ꝙ lꝫ oppoſi

tio taliũ verboꝝ nõ valeat. niſi vt ſit aduenti
ciũ. vt dicta. l. ſi forte. operabit̃ tñ vt patri ñ
acquirat̃ vſuſfructus qḋ p̃t facere donãs. vt.
C. de bo. q̃ li. aut. excipit̃. ⁊ ſic licet viciet̃ ex-
p̃ſſum nõ viciat̃ tñ tacitũ. l. i. ff. qui. mo. pi. vł
hypo. ſol.

13 ¶ Vtrũ libri empti a patre filio ſuo ſint q̃ſi
caſtrẽſe. R. ſecũdũ Bar. in. d. tractatu. ⁊ in.
l. i. §. nec caſtrenſe. ff. de col. bono. ꝙ aut pat̃
tradidit ⁊ ſe donare exp̃ſſit. ⁊ tũc ſi fili⁹ erat
aduocatus acquirit ſibi in quaſi caſtrẽſe. l. i.
C. de ca. pe. ⁊. l. caſtrẽſe. ff. eo. nec pater pote
rit ſic datũ reuocare. l. ſi filius. C. fami. herc.
Si vero nõ erat doctor tp̃e donatõis. ſ3 ſco-
laris tũc nõ p̃t dici quaſi caſtrenſe. q2 condi-
tio perſone hoc nõ patitur. Nã ſcolares non
gaudẽt p̃uilegijs quo magiſtri ⁊ doctores. l. i
in fi. C. de ſtu. libera. Et facit quod no. in. l. fi
na. C. de iuriſdi. omniũ iudicũ. qḋ verũ intel-
lige. niſi ante mortẽ patris cõpleuiſſet ſtudi-
um ſuũ. q2 ſic cepit quaſi militare. ⁊ tũc erit
quaſi caſtrẽſe. l. ſiue emancipatis filijs. C. de
dona. ⁊. l. donatiões. in cõcubinas. §. pater.
ff. eo. Nota tñ ꝙ licet nõ fuerit doctor. nec ef
fectus ante mortẽ patris. ſi pater ei nõ eman
cipato libros dedit. ſ3 eos nõ ẽ adeptus niſi
poſt emãcipatõem ꝙ erũt ſui. q2 cõfirmat̃ do
natio. d. l. ſiue. ⁊. d. §. pater. Idẽ dic de quo-
cũq3 donato a patre filio emãcipato. vł etiã3
nõ emancipato ſi modo emãcipatus volũta-
te patris poſſedit ꝙ erit filij. nec pater poſtea
poterit rouocare. d. l. ſiue. Secus ſi poſt emã
cipatõem tenuiſſet donata ante eam cõtra vo
luntatẽ patris. Silr̃ idẽ dic ꝙ confirmat̃ di-
cta donatio morte etiã ſi nõ erit ip̃e emanci-
pat⁹. ⁊ ſic poſt mortẽ patris talia erunt ſua.
nec cõicabit cum fratribus alijs. l. filie. C. fa
mi. herciſ. ſecundũ opiniõem approbatam in
glo. d. l. ſiue. Aut pater nõ tradidit nec exp̃ſ-
ſit ſe donare. ⁊ ſic licet emerit nomine filij ſui
nihilominus erũt patris ⁊ cõmunicabit eos
cũ alijs fratribus poſt mortẽ patris. l. i. in p̃n
cipio. C. de ca. pecu. requirit̃ em̃ traditio vt
videat̃ donare. l. ij. C. ſi quis alteri vel ſibi. ꝙ
ſi neſcit̃. an donauerit vł ne. tũc ſm Bald. in
additionibus ad p̃fatũ tractatũ Bar. ad con
iecturas eſt recurrẽdũ. ſcdm ea que. j. dicã in
§. xxxij. Aduerte hic ſecundũ Bar. in aut. ex
teſtamento. C. de coll. ꝙ donatum a patre fi-
lio emãcipato eſt conferẽdũ poſt mortẽ ⁊ cõ-
putabitur in eius p̃te. Sed donatum filio exi
ſtenti in ſua poteſtate. licet nõ valeat in vita
ip̃ius patris tñ aſſumit ſibi vim poſt mortem
⁊ habet vim legati. vt in. l. in donationib⁹. C.
ad. l. falci. ⁊. l. donatões. la. j. C. de dona. inter
vi. ⁊ vxo. Et ſicut legata ⁊ fideicõmiſſa non
cõferunt̃. l. a patre. C. de coll. ſic nec talis do
natio. Fallit hoc in tribus caſibus. Primus
qñ emergit̃ inequalitas. l. pnł. C. de coll. Se
cundus qñ pater hoc exp̃ſſit. Tertius qñ de-
dit vt h̃ret in peculio. l. ſi donatiõe. C. d. coll.

¶ Vtrũ omne acquiſitũ ex pecunia patris a ii
filiofamilias ſit ꝓfecticium. R. ſm Bart. in
p̃dicto tractatu. ⁊ in. l. cũ oportet. C. de bo. q̃
lib. ꝙ id qḋ acquirit filiuſfamilias ex bonis
patris ſiue ſit pecunia. ſiue ſint poſſeſſiões ſi
bi ab eodem date ſine labore ⁊ induſtria ſua.
puta dando poſſeſſionẽ alteri colono. vł pecu
niã mercatori. ex qua habuit de lucro tale lu
crũ erit ꝓfectitiũ. Sed id quod acquirit ex p̃-
dictis bonis ex labore ſuo. vel induſtria. pu-
ta laborando agrũ p̃dictum. vł negociãdo d
pecunia p̃dicta ſicut lucrum qḋ fit ex pecunia
ꝑ p̃te attribuit̃ pſone lucrãti. ⁊ ꝑ p̃te pecunie
l. p̃ma. C. ꝓ ſocio. ⁊. l. ſi nõ fuerint. §. i. ff. eo. ſi
tale lucrũ erit ꝑ p̃te que debetur poſſeſſioni.
vel pecunie erit ꝓfectitium ⁊ ꝑ p̃te que debet̃
operi pſone lucrãtis erit aduẽtitium. dicta. l
cũ oportet. poſt p̃nci. vbi patet ꝙ oĩe lucrũ3
ꝓueniẽs ex pſona filij ẽ aduentitium. Nec ob
ſtat. l. ſi ita. §. fi. ff. de vſu ⁊ habita. ⁊. l. ꝑ ſer-
uum. §. fi. ff. de acq̃. re. do. quas allegat Spe.
qui tenet contrarium. q2 loquunt̃ in ſeruo qui
acquirit domino ex op̃e pſone ſue. Et hoc te-
net. niſi ex pecunia patris feciſſet vſurã. q2 li
cet glo. in. d. l. cum oportet. teneat contrariũ
tamen tu tene cum Bart. ibidẽ ꝙ tale lucrum
non erit nec ꝓfectitium nec aduentitium. ſed
totũ reſtituen̄. ꝑ ip̃m filiũ. ⁊ glo. intellexit qñ
vſure licite erant de iure ciuili quod hodie nõ
eſt. c. ſup eo. de vſuris.

¶ Vtrũ filiuſfamilias qui lucrat̃ vigore ſta- 12
tuenti ex morte vxoris ſue dotem vel p̃tem de
beat eam habere ꝓ aduentitio. R. Bar. in di
cto tractatu. ꝙ aut filius ſuſtinet onera ma-
trimonij de lucro ſue perſone. ⁊ tũc filio erit
aduentitium. Si vero nõ ipſe ſ3 pater ſic erit
profectitium. ⁊ ſic intellige opini. Py. in. l. ſi
cum dotem. §. nunc tranſgrediamur. ff. ſolu.
matri. qui tenet ꝙ nõ eſt aduentitium ſed cõ
municabit poſt mortem patris cum alijs fra
tribus. per. l. ij. C. fami. herciſ. Si vero par-
tim pater ⁊ p̃tim filius ſuſtinet. tunc ꝓ rata oneris
p̃tim erit ꝓfectitium ⁊ partim aduentitium.
ſed ⁊ ſi quis. §. i. ff. de vſufru. ⁊. l. ſi ſeruus cõ-
munis. §. fi. ff. de ſti. ſeruo.

13 ❡ Vtrũ donatũ vel relictũ ab extraneo filio familias ſit aduẽticiũ. R. ſm Bar. in p̃dicto tractatu. ꝙ aut datũ ē ꝯtemplatõe patris .⁊ ſic erit ꝓfecticiũ. Si vero datũ ē cõtemplatio ne filij. ſic erit aduẽticiũ in. l. ſed ſi plures. §. arrogato. ff. d̃ vul. ⁊ pu. ſubſti. ⁊. l. additio. ff. de acq. here. ⁊. l. ſꝫ ⁊ ſi q̃d donet̃. ff. d̃ vſufru. ⁊ no. glo. in. d. l. cũ oportet. Si aũt ñ apparet cuius ꝯtẽplatõe ſit datũ dep̃hendit̃ ex futu ro euẽtu. puta q̃ñ relinquit̃ filio. vt poſt mor tẽ p̃ris hẽat. ſic p̃ſumit̃ ꝙ ꝯtẽplatiõe filij. Si ꝯ̃o vt tñ viuẽte p̃re. ſic p̃ſũit̃ ꝯtẽplatiõe p̃ris datũ. Siĺr ex ope ꝯp̃hẽdit̃. puta fili⁹ faciẽdo mercãtiã acq̃ſiuit amicitiã cũ aliq̃ ex qua ali quid ſibi donauit. qꝛ tũc erit ſibi aduẽticiũ. l. ſociũ q̃. §. fi. ff. ꝓ ſocio. ⁊ ibi eſt caſus exp̃ſſus. qꝛ ꝯtẽplatõe filij. Ideo no. ꝙ oẽs leges q̃ di cũt inſpiciendũ cui⁹ ꝯtẽplatõne dñt intelligi d̃ cã prima. d. l. ſociũ. q̃ñ in dãnũ acq̃rentis nõ ꝯſiderat̃ cã remota. l. fi. ff. cõiũgẽ. cũ emã. lib. ſꝫ bñ ꝯ̃tũ ad ꝯmodũ. l. ſi forte. ff. d̃ ca. pe.

14 ❡ Vtrũ oẽ acq̃ſitũ p̃ filiũfamilias ſit p̃ſumẽ dũ ex bonis p̃ris in dubio ⁊ ſic ꝓfecticiũ. R. Bar. vbi. s. ꝙ aut reſultat ſuſpitio delicti. ni ſi ſic p̃ſumat̃. puta. qꝛ filia p̃ſumet̃ turpiter ac q̃ſiuiſſe qꝛ aliter nõ potuit habere. ⁊ ſic crede tur ex bonis patris acq̃ſitũ. vt ſuſpitõ delicti euitet̃. l. ſi defunctus. C. arbi. tute. ⁊. l. quint⁹ ff. de do na. inter vi. ⁊ vx. ⁊. l. etiã ſi vxoris no mine. C. eo. aut ſuſpitio delicti euitat̃. ⁊ ſic p̃ ſumet̃ ex bonis filij. d. legibus. Aut nec euita tur nec orit̃ p̃ſumptio delicti ⁊ ſic recurrẽdũ ē ad cõiecturas. C. de epi. ⁊ cle. aut̃. licentia. Et hec oĩa ſunt ſeruanda etiã in p̃lato. tuto re. vxore. ⁊ hmõi. qui circa bona aliorum ver ſant̃ in cõſciẽtia. lꝫ gl. in. d. l. etiã. ⁊ in. d. l. cũ oportet. aliter dicat.

15 ❡ Vtrũ donatũ filio a patre ſit aduenticiuꝫ R. Bar. vbi. s. ꝙ aut p̃ceſſeẽt merita filij q̃ ſi extraneus feciſſet ei donaſſet. ſic donatio te net a p̃ncipio ⁊ erit ei aduẽticiũ. vt tꝫ gl. C. d̃ in offi. teſta. aut̃. vñ ſi parẽs. Et ꝯcor. Iaco. but. Aut nõ donat ꝓpter merita ſed vt filio. ⁊ ſic eſt ſimplex donatio que nõ valet. niſi mor te cõfirmet̃. vt. s. patuit. §. x.

16 ❡ Sꝫ ad q̃d valet dictũ peculiũ aduẽticiũ fi lio cũ vt dictum ē vſuſfructus ſit patris. nec de eo p̃t diſponere niſi vt. j. Religioſus. §. lvi R. ꝙ valet vt poſt mortẽ patris nõ teneatur illud cõicare cũ alijs fratribus. ſed erit ſpeci aliter ſuũ. l. fi. C. de colla. Peculiũ vero ꝓfe cticiũ ad nihil valet filio. niſi ad hoc ne publi cet̃ in caſu q̃ alia bona patris publicant̃. vt in l. ſi finita. §. de vectigalibus. ff. de dam. infec. Et q̃d ibi notat Bar. poſt mortem tñ patris erit cõe cũ alijs fratribus.

❡ Vtrũ de peculio caſtrẽſi vel quaſi filiusfa milias poſſit teſtare. ⁊ ad libitum diſponere. 17
R. ꝙ ſic ſecũdũ oẽs doc. qꝛ illud acquirit ſi bi ⁊ quo ad dominiũ ⁊ vſumfructũ nec illud cõicabit cũ fratribus poſt mortẽ patris. d. l. cũ antiq̃s. C. de inoffi. teſtamẽ. ⁊ multꝫ alijs

❡ Vtrũ pecunia data filiofamilias a patre 18
ꝓ ſtudio ſit ei imputãda poſt mortẽ patris in p̃te ſua ab alijs fratribus tempore diuiſionis R. Bar. in. d. tractatu ꝙ ſi apud patrẽ nihil erat q̃d eſſet filij nõ imputabit̃ ei in p̃tẽ. l. qui pater. ff. fami. herci. Si vero apud patrẽ erat pecunia filij ex caſtrẽſi vel quaſi peculio. tũc in dubio p̃ſumet̃ ꝙ pater adminiſtratorio no mine egerit id de pecunia ip̃ius filij. ⁊ ſic im putabit̃ ei in partẽ. facit quod no. in. l. fi. C. d̃ dotis ꝓmiſſi. Sed iudicio meo mihi vedet̃ ꝙ pater dando filio ꝓ ſtudio vel filie ꝓ dote ꝙ p̃ſumat̃ dare d̃ ſuo. qꝛ pietas paterna ad hoc inducit. Secus in extraneo. niſi patris ſubſtã tia eſſet tenuis ⁊ filij habundãs. quia ſic tene rem cum Bar. alias non.

❡ Quid ſi pater dedit pecuniam filio ꝓ emẽ 19
dis libris ⁊ ip̃e luſit. vl̃ in meretricibus expẽ dit. R. ſm Bar. in aut̃ quod locũ. C. de colla. ꝙ poſt mortẽ patris cõputabitur ei in ſuã p̃ tem. ar. d. autẽtice. ſicut mulieri que paſſa eſt conſumi dotem computabitur ei in p̃tem ſuã vt in dicta autentica. quod locũ. Idem dico d̃ donato ꝓ emancipatione a patre filio ꝙ erit computandum ei tempore diuiſionis ſecũdũ Bar. in. l. i. §. nec caſtrenſe. ⁊ in. l. vt liberis. C. de colla.

❡ Vtrũ filius qui incepit ſtudere viuẽte p̃re 20
de eius mandato poſſit poſt mortẽ patris de cõibus bonis ꝑficere ſtudium. R. Bar. in. d. tractatu ꝙ nõ. nã factũ patris erga filiũ ini ciatũ eatenus obligat heredẽ quaten⁹ pater erat obligatus. l. ⁊ ſi filiũ. ff. de mu. ⁊ ho. iun cta. l. honores. §. is q̃. ff. de decu. ⁊. l. ſi filiã. §. idẽ ſcribit. ff. fami. her. ꝓpt̃ q̃d cõcludit Bal. in addi. ad dictũ tractatum. ꝙ ſi vult ꝑficere ſtudiũ faciat de ſuo. vel ſi vult doctorari ſiĺr faciet de ſuo. qꝛ eſt nouus actus. l. ſeruus le gatus. §. ſed ſi cũ mihi ex teſtamento. ff. de le. i. nec fratres ei tenent̃ ſi noluñt.

❡ Vtrũ t̃pe diuiſiõis fratrũ veniant expẽſe 21
facte a patre vxoris filijfamilias ⁊ alia orna mẽta. R. Bal. vbi. s. ⁊ Bar. in. l. in his. ff. ſo lut. ma. ꝙ de conſumptis filius non tenetur

nec alius frater poſſet dicere. ego ducā meaꝫ ⁊ tantūdē expēdā de cōi. niſi pater aliter ca-uerit in teſtamēto. l. iiij. §. fi. ff. de mu. ⁊ ho. et ibi ꝑ glo. ⁊ l. ex pte. §. fi. ff. fami. her. De extā tibus aūt vt ſunt veſtes. ⁊ alia ornamenta ſi ſunt neceſſaria ad quotidianū vſū nō ꝯferū-tur. ſꝫ ſūt vxoris. ⁊ a ꝓncipio tenuit donatio inter ſocrū ⁊ nurū. l. ex annuo. ff. de dona. inť virū ⁊ vxorē. ⁊ l. ſi dos. cū ſua gl. ff. ad. le. fal. Si vero nō ſūt neceſſaria ad quotidianū vſū ſꝫ ſunt ꝓcioſa. tūc illa q̄lia ſunt debēt ꝯferri. l. illud veſtimētū. ff. de pecu. nec ꝑt dici ꝙ morte ſit cōfirmata donatio q2 nō ꝓſumunť dona-ta. lꝫ dicať marit⁹ vť donat vobis iſtā coronā vel brocatū. ſed ad vſū cōceſſa. l. mortis in. fi. ff. de dona. inter vi. ⁊ vx. Siľr dic in factis ꝓ filia. l. cū hic ſtatus. §. orō. ff. eo. ⁊ ꝓ ꝓdictis facit. l. fi. ff. ſolu. ma. ⁊ qđ dicit Bar. in. l. ſi vt certo. ff. cōmo. Ange tñ. in. l. ſi ex re dñi. ff. de ſtipu. ſer. per. gl. ibi poſitā. determinat ꝙ veſtes lugubres date mulieribus efficiunť ipaꝝ de dote vero data filie filij ab auo ipius quo-modo nō ſit cōicanda. vide. s. dos. §. xxi.

22 ¶ Utrū expenſe facte a patre in peculio filij aduētitio ſint cōicande inter fratres p⁹ mor-tē patris. R. ſm Bar. i. d. tractatu. ꝙ aut fu-erūt neceſſarie. vel ad ꝑpetuā vtilitatē. ⁊ tūc filio imputabunť. l. fi. §. fi. C. de bo. q̄ libe. ⁊. l. iubemus. C. ad trebel. niſi pater feciſſet aīo ñ repetendi. ar. l. ſi in area. ff. de condi. inde. ꝙ ſi de animo neſciť. tūc ſi ſunt parui ſumptus ꝓſumenť donati. l. ſi ſeruū. ff. de dona. inť vi. ⁊ vx. Si ſunt magni ſumptus. ita ꝙ excedant fructuū q̄ntitatē. tūc videť habuiſſe animū re-petendi. niſi in cauſa alimētoꝝ vľ ſimili expē-diſſet. l. nenſenius. §. ꝑterea. ff. đ nego. ge. Secus ſi nō excederet fructuū q̄ntitatē. q2 tūc vi-deť donaſſe. ar. d. l. fi. §. ſi aūt res. C. de bo. q̄ li. In impenſis tñ que facit vir in rebus vxo-ris gratia fructuū querendoꝝ cōſeruandorū ⁊ colligendoꝝ ſine vlla diſtinctōe ſibi facit. l. fi. ff. de impenſis. Et nō repetet ab vxore vel eius heredibus. In alijs autē ſi ſunt modice nō repetūtur. l. oīo. ff. de impēſis. Si ſunt ma-gne repetet. d. l. oīo. vbi alique etiā ponūtur exceptōes quas omitto. q2 parū ad nos. Sed in conſcientia ſequere quod dixi. Si vero di-cti ſumptus non fuerūt neceſſarij nec ad ꝑpe-tuā vtilitatē. ſed ſolū ad fructuū vtilitatem. tūc nō ſunt cōmunicandi. q2 onera ꝑtinēt ad eundē patrē ⁊ expēſe. Et etiā idē dicendū de eo quod expendit in datijs ⁊ collectis. cū ha-beat vſumfructū. l. ſi pendentes. §. ſed ⁊ ſi qđ ff. de vſufru. ⁊ l. neq3 ſtipendiū. ff. de impenſis Nec obſtat. l. vnica. §. ſed nec ob impēſas. C. de re. vx. actō. q2 vir habet dotem ꝓpter one-ra matrimonij. ideo non debet grauari onere impenſarum. Nec hoc erit in alio vſufructua-rio. q2 ſimpliciter habet ex alia cā. vt ex con-tractu vel quaſi. his cōcordat. Bal. vbi. s.

¶ Utrū patre obligāte ſe pro delicto filij ſit 23
totū computandū in ꝑte dicti filij poſt mor-tē patris. an đ tota hereditate cū alijs fratri-bus. R. Bal. vbi. s. ꝙ ſi dict⁹ pater hꝰ fecit na-turali pietate ſic omnes fratres debēt ꝓ par-te ſua ſuſtinere. l. liber captus. C. de captiuis Sed ſi fecit ex neceſſitate. puta dictante hoc ſtatuto. vt notat gl. ſuꝑ Rica. C. de decre. de-cu. tūc naſciť naturalis obligatio inter patrē ⁊ filium ex tali geſtione negociorū eius q̄ trā-ſit ad heredes. ⁊ ideo ſoluet de parte ſua et ñ de cōmuni. l. igiť. ff. de lib. cā. ⁊ qđ notāt doc: de eo qui cogiť ſoluere cōdēnatōem alterius in. l. ij. §. fi. ff. de ver. ob.

¶ Utrū patre dante dānū in bonis aduenti- 24
cijs filij teneanť fratres emendare de cōi. R. ſm. Bal. vbi. s. ꝙ aut dilapidatio ē ſolū fru-ctu ū. ⁊ ſic nō teneņť. d. l. cū oportet. Quod li-mita verū qñ pater habet vſumfructū in di-ctis bonis. ſecus qñ ille qui legauerat ꝓhibu-it vſumfructum queri patri quod poteſt fieri. vt tenet glo. in auť. vt liceat matri ⁊ auie. et auť. excipiť. C. de bonis q̄ liberis. q2 tūc tene-renť. Si vero dilapidatio cōcernit rei ꝑpetu-am deterioratōem vel intolerabilē leſionem. ſic etiā teneņť. d. l. cū oportet. §. ſed cum taci-tas.

¶ Utrū debitū cōtractū poſt mortē patris 25
ab vno fratrum ſit ſoluendū de communi. R. Spe. ti. de iudicijs. ꝙ nō niſi ꝯtractum ſit ratiōe cōis vtilitatis vľ ſocietatis. Siľr nec dos de-bet ſolui de cōmuni niſi ſit verſa in cōem vti-litatē. Idē dic de cōdēnatōe ſoluta ꝑ vnum quod non ſoluetur de communi niſi malefici-um feciſſet pro communi vtilitate ſcientibus ſocijs ⁊ acceptantibus in communi eius vti-litatem. quia ſic eſſet communis. quia ex quo ſponte ſuſceperunt lucrum habebunt ⁊ dānū condemnationis. Si vero ignorāter accepta-uerunt lucrum factum iniuſte. tunc ſocius au-feret illud ⁊ ſatiſfaciet. l. ſi igitur. ff. pro ſocio ⁊ ſic etiam ipſe ſolus ſoluet condemnationeꝫ etiam ſi eſſent ſocij omniū bonorū ſcđm Spe. vbi ſupra. Et licet de iure ex quo communica-uit lucrum illicitum nō poſſet illud auferre ni-ſi poſt condemnationem lege quod enim. ff.

ꝓ ſocio. Nibilomin⁹ qñ ſacerdos liſ̃ṗit ei vt
ſatiſfaciat illis q̃s leſit. Intelligit̃ n̄ ſolū lis
ↄteſtata ſ₃ ec̄ ſn̄ia lata. ⁊ ſic p̄ceptū ſacerdotꝫ
ē ſn̄ia ſm̄ Ho. i. c. fi. ð ſepul. Silr̃ militās mili
tet de ſuo. l̃ maritās filiā. vl̃ tenēs filiū in ſtu
dio faciāt de ſuo, niſi alit̃ ſit ↄuētū īter eos. l.
ſi ſocius ꝓ filia. ff. ꝓ ſocio. ⁊ recitat Bal. in. ð
l. ſi patruus. C. cōia vtri. iu.

26 ¶ Vtrū lucrū qð̄ facit vn⁹ fratrū cū pecunia
hereditaria mercādo ſit cōicādū cū alijs fra
trib⁹. R. ſm̄ Bal. vbi. s. i. ð. l. ſi patru⁹. ꝙ aut
fec̄ noīe cōi ⁊ ſic cōicabit aut fecit noīe ꝓprio
⁊ ſic n̄ cōicabit. l. titiū ⁊ meuiū. §. alteꝝ. ff. de
admi. tu. qð̄ verū ē niſi ſit tutoꝛ l̃ curatoꝛ alio
rū fratrū. qꝛ ſic lucrū qð̄ fecit ex pria mercan
tia ēpta de pecunia cōi d₃ eē cōe. l₃ noīe ſuo
fecerit. Aliud autē lucrū qð̄ fecit de pecunia
ēptionū iterata ⁊ noīe ſuo erit ſuū ⁊ n̄ cōica
bit. Idē dic de illo q̇ negociat̃ de pecunia mi
noris aut ecc̄ie. vt i. l. ſi vt ꝓponis. C. ð re. vēſ.
Si vero neſcit̃ cui⁹ noīe fecerit. tūc ſi ↄtinua
uit negociū ſolitū cū alio frē mortuo ſupſtiti
b⁹ filijs fr̄is īdiuiſa₃ ſubſtātiā poſſidētib⁹ ſic
vr̃ cōi noīe feciſſe. ar. l. nā ⁊ ſeru⁹. ff. de nego.
ge. §. ſi viuo. Si xp̄o fec̄ negociatōꝫ īſolitā ſic
p̄ſumet̃ ꝙ noīe ꝓprio. niſi ex libro rōnū aliud
appereret. cōcoꝛ. Bar. in. ð. l. ſi patruus.

¶ Quō ī dubio ↄgnoſcet̃ ↄ̄tā ſocietatē taci
27 te int̃ frēs vl̃ q̃ſcūq₃ alios q̇ ſimul ſtant ita ꝙ
oīa lucra ſint cōicāda. R. ſm̄ Bal. i. ð. l. ſi pa
tru⁹ ꝙ quāuis null⁹ ipoꝝ negociet̃. p̄t tn̄ ex a
ctib⁹ appere ſocialis effect⁹. ſic̄ ē int̃ nobiles
q̇ nō faciūt q̃ſtuarias mercātias. tn̄ q̃cūq₃ ſa
laria. q̃ſcūq₃ dotes acq̇runt̃ in cōi ↄferūt. vn̄
nēo p̄t negare eos eē ſociales act⁹ ex q̇b⁹ p̄ſu
mit̃ itētio ⁊ volūtas vt dicūt Ja. de are. Ri.
⁊ oldr. ei⁹ diſcipuli ad q̄litatē g actuū ē recur
rēdū. Nā in talib⁹ p̄ſumit̃ mēs q̄lis ex actib⁹
colligi p̄t. ar. l. duo frēs. ff. de acq̇. here. ⁊. l. re
p̄bēdēda. tu mag̃ eo. C. de iſti. ⁊ ſubſti. Silr̃
dico ſm̄ eūdem Bal. vbi. s. ꝙ p̄ſumit̃ ↄ̄tā ſi
vn⁹ negociat̃ ⁊ alter q̃cunq₃ ſibi euenīūt puta
ex redditu p̄bēde l̃ ex dotib⁹ ⁊ hmōi. ponit in
cōi. ⁊ ita faciūt hīcinde. Itē p̄ſumit̃ ſocietas
eē ex actib⁹ in vna mercātia vl̃ arte ⁊ alt̃ in a
lia vt in aduocatꝫ ⁊ tabelliōib⁹. Nā lucroꝝ
cōicatio ſocietatꝫ ē ↄ̄tio ſeu inchoatio. Silr̃
dicit idē Bal. vbi. s. ꝙ ſi vn⁹ h₃ curā dom⁹ et
alius eēt aduocat⁹. vl̃ alr̃ lucraret̃ ⁊ poneret
in domū. vr̃ ↄ̄tā ſocietas. Idē dic̄ ſi vn⁹ eſt
maioꝛ ⁊ alt̃ mioꝛ ⁊ pupill⁹ h₃ tutorē q̇ cōicat
⁊ ei cōicat̃. Idē dic̄ ꝙ ſi act⁹ ſūt vniformes
ſocietas reſtrīgit̃ tm̄ ad q̄ſt⁹ q̇ ꝓueniūt ex ipis.
ſ₃ in actib⁹ diſſormib⁹. ⁊ ī ſe varietatē hn̄tib⁹
p̄ſumit̃ ſocietas gn̄aliter ↄ̄tā. nec ↄſidero an
vn⁹ pl⁹ lucret̃ ⁊ alt̃ min⁹ in hac generali ſocie
tate. ſ₃ eq̄liter oīa ſūt ↄtiēda. l. ſi ſoci⁹ ꝓ filia.
ff. ꝓ ſocio. vn̄ ꝓ clarioꝛi intelligētia no. ꝙ ſo
cietas tacita vel exp̄ſſa aliqn̄ ē oīm bonoꝝ et
tunc ē qn̄ exp̄ſſe agit̃ ꝙ ſint ſocij oīm bonoꝝ.
vt ē tex. in. l. ij. §. i. ff. ꝓ ſocio. ⁊ i. l. coiri. eodē
⁊ iſti tales cōicāt oīa q̇ acq̇rūt ex q̃cūq₃ cā la
borādo vl̃ negociādo ſiue ex donatis. ſiue ex
legatꝫ. ſiue ex hereditate ⁊ hmōi. Itē ſtipen
dia q̇ dant̃ militib⁹. l. q̇ ſtipēdia. C. de ꝓcura.
⁊ ſalaria q̃cūq₃ hn̄tur ex caſtrēſi vl̃ quaſi. l. cū
duob⁹. §. idē papinian⁹. alr̃ ē lex. ff. ꝓ ſocio. et
in iſto caſu frater tenet̃ maritare filias alteri
us fr̄is niſi aliud exp̄ſſe actū ſit. l. ſi ſoci⁹ ꝓ fi
lia. ff. ꝓ ſocio. nō tn̄ tenet̃ cōicare q̇ acq̇ſiuit il
licite nec₃ tenet̃ ad ↄdēnatōēꝫ quā ꝓ ſua cul
pa alter ꝓmeruit. Aliqn̄ ↄ̄hit̃ ſocietas gene
ralit̃ oīs q̄ſtus l̃ q̄ſtus ⁊ lucri. qð̄ tm̄ ē dicere
ſic̄ oīs q̄ſtus. l. ſ₃ ⁊ ſi adiciat̃. ff. eo. de q̇ loq̇t̃
ð. l. coiri. cū₃ q̇nq₃. ll. ſe. ⁊ iſti cōicāt oīa q̇ ꝓue
niūt ex opa. i. ſolertia alteri⁹. ſ₃ nō donatiōēꝫ
ſimplicē ſiue cā mortis. vl̃ legata. l. heredita
tē. nec debita alteri⁹. niſi q̇ fiūt cā queſt⁹ vl̃ ſo
cietatis. Aliqn̄ ſūt ſocij certe rei. ſ. ↄuiuendi
qꝛ viuūt ad vnū panē ⁊ vinū vl̃ certe negocia
tōis vl̃ lucroꝝ q̇ ↄſequūt̃. l₃ in diuerſis nego
ciatōib⁹ l̃ opib⁹ ex q̇bus lucrāt̃. quāuis aliqn̄
alter ponat opam alt̃ pecuniā. aliqn̄ vtrunq₃
de quib⁹. j. ſocietas ꝓrio. Et ex p̄dictis potes
intelligere optīe iſtā materiam.

¶ Pone ꝙ duo frēs ruſtici colētes terras vn⁹ 28
h₃ filios ſcindētes terrā alt̃ nō. quō diuident̃
fruct⁹ ꝓuenietes ex cultura. R. ſm̄ Bal. i. ð. l.
ſi patruus ꝙ diuidēt̃ in capita. qꝛ ſocietas re
ſpicit capita eoꝝ q̇ opas ponūt in ſocietate.
Iſtð̄ limita veꝝ q̇ ad lucrū qð̄ debet̃ pſone.
ſ₃ q̇ ad lucrū qð̄ debet̃ bob⁹ vl̃ terre q̇ ſūt cōia
nō diuidet̃ ꝑ capita ſ₃ ī ſtirpeſ. ſm̄ eūdē Bal.
in quodā ↄſilio. ⁊ Bar. in. ð. l. ſi patruus.

¶ Quid ſi ſint duo frēs q̃rū vn⁹ poſuit opam 29
alt̃ pecuniā in ſocietatē ⁊ caſu oīa ↄbuſta ſūt
R. ſm̄ bal. vbi. s. ꝙ ille q̇ poſuit opa₃ tenet̃ al
teri ad medietatē capitalis. ꝑ. l. ſi cū. duob⁹.
§. ſi inchoāda. ff. ꝓ ſocio. ⁊ ita etiā t₃ Ja. de
are. in. l. i. C. ꝓ ſocio. gl. in. ð. l. ſi patru⁹ t₃ ↄ̄tri
um ſed tu tene qð̄ dixi. ſocietas. i. §. x.

¶ Vtrū lucrū vxoꝛis alteri⁹ fr̄is ſit cōicādū 30
R. Bal. i. l. ſi vxorē. C. ð ↄdi īſer. ⁊ do. bal.
ð ↄſilio in. l. cū duob⁹. ff. ꝓ ſocio. ꝙ aut mulier
eadē opa facit ſicut hoīes in laborando. ⁊ ſic
ipa d₃ habere ꝑtē lucri ⁊ diuidet̃ in capita. vt

ſ.dictū ē de filijs. Aut vxoꝛ exercet aliquā ar
tem vel mercātiā vel ē obſtetrix vel cirogicha
⁊ tūc ſi ponebat omnia lucra in cōi. ⁊ ſimiliter
viri ꝯcta eſt ſocietas. qꝛ mulier cū viro poteſt
ꝯtrahere ſocietatē. ſm eūdē bal.in.d.l. ſi vxo
rem. ⁊ ſic lucra erunt cōmunia. Aut vxoꝛ tene
bat ſepatum lucrū. vel ex alijs ꝯiecturis patet
ꝙ nolebat cōtrahere ſocietatem. tūc de operi
bus cōibus ⁊ obſequialibus que fiunt a muli
eribus in domo ſm qualitatem pſone. vt face
re lectū. cochinam. ⁊ hmōi. nō poteſt lucrū con
ſequi. quia tenetᷣ operari in domo in qua reci
pit alimenta. vt in glo.l. ſicut. ff. de oper.lib. ⁊
bal.in.l.gaio ſcio.in fi. ff. de ali. lega. ⁊ Ange.
in.l.j. C. de legi. here. ⁊ in.l. ſi cū dotem. ff. ſol.
ma. immo ſi deſiſteret a talibus obſequialib⁹
operibus. ⁊ parue extimationis pꝑter faciēdā
artem pars lucri talis artis deberet cōmuni
cari cū viro et alijs fratribus ſm iudiciū boni
viri. Nō limita veꝝ niſi haberet alimenta iu
re legati. quia tūc non tenetur operari ī domo
dantiū talia alimenta. ſm bal. ⁊ Ange. vbi.ſ.
Si aūt vltra talia obſequialia exercet aliquā
artē ⁊ in ipſis lucratᷣ poteſt ſibi retinere tanꝙ̄
ꝑriū ⁊ nō cogitᷣ cōmunicare. Nō no. p intel
ligentia eoꝛuꝫ que dico. j. vxoꝛ. §. ij. Et qd̄ dixi
de vxoꝛe idem dic de filiabus alterius fratris
excepto ꝙ acq̄rent patri ⁊ ſolū illud lucrū erit
eis aduenticiū.

31 Utrum fratres qui ſunt ſocij oīm bonoꝝ ſi
vnus eoꝝ habet filias poſſit eas dotare de cō
muni. R. Spec. tenet ꝙ non. niſi ſit pactū intᷣ
eos p.l. ſi ſocius p filia. ff. p ſocio. Idem tenet
Pe. de peruſio. in. xiij. li. cōſilioꝝ ſuoꝝ. Con
trariū tenet bal. in cōſilio qd̄ incipit factū ta
le. dominus Pbal. in. d.l cū duobus arguens
pꝛo ⁊ ꝯtra finaliter dicit ꝙ q̄libet pōt adhere
re cui pti voluerit. Sed iudicio meo pma opi.
vr̄ veriox qn̄ nō ſunt ſocij oīm bonoꝝ. ſed quan
do ſunt ſocij omniū bonoꝛū vera ē ſecūda opi.
⁊ ſm hoc ꝯcoꝛda. pdictos. vt.ſ. xxvij. §.

32 Quid ſi vnus fratꝝ dotauit filias alterius
fratris ſciētis ⁊ patientis. R. ꝙ poterit repe
tere dotes qꝛ vtilter geſſit negocium. Nec ob
ſtat ꝙ extᷣneus dotando filiam alterius vr̄ do
nare dādo dotē. l. ex morte. C. de pac. cōuē. qꝛ
hoc veꝝ qn̄ ſolus hoc facit. Secus ſi cū patre
ſimul faceret. ⁊ ita cōſuluit bal. in. d. conſilio.
vbi.ſ. hoc intellige qn̄ nō eſt ꝯtracta ſocietas
omniū bonoꝝ. vt.ſ. patet.

33 Utrū cū frēs ſtant ſimul poſt mortē patris
⁊ vnus de fructib⁹ laboꝝ ſuoꝝ. vel de alijs bo
nis poſuit in domo p cōiuictu poſſit repetere
illud plus in diuiſione. R. do. Pbal. vbi.ſ. ꝙ
illi q̄ extant ſunt ſui niſi cōtracta ſit ſocietas ī
illis. Si aūt ſunt ꝯſumpti tūc ſi intᷣ eos erat ꝯ
cta ſocietas ꝯuiuēdi qꝛ viuebāt ad vnū paneꝫ
⁊ vinū tūc nō hꝫ cōſideratio ad illud plus. qꝛ
ſocietas iure ꝯſumpti intelligūtur. vt ē caſus
in.c. ſi duo frēs de fratribus de nouo bene. in
ueſti. in vſib⁹ feu. ⁊ hoc nō rōne fraternitatis.
vel cohabitationis ſed cōis menſe ſm bal. ī.c.
ſi duo. qd̄ no. qꝛ q̄tidiana in fratrib⁹ q̄ꝛū vnus
hꝫ maioꝛē familiā altero. Si xͦo ſocietas con
uiuēdi nō erat inter eos. puta qꝛ vnus minoꝛ
intᷣ q̄s nō ꝯtrahitᷣ. l. in cōditionibus. §. fi. ff. p
ſocio. vel alter furioſus vel pdigus cui erat i
terdicta admīſtratio vl̄ monachus ⁊ ſimiles.
⁊ tūc expēſe nō imputantur intᷣ frēs q̄ ſunt fa
cte p alimentis niſi ꝓteſtetᷣ ꝙ nō intendit do
nare. l. nēſenius. ff. de neg. ge. vel niſi qꝛ reddi
tus cōes erāt ſufficiētes ad alimēta ſ; ꝯſerua
bat frumentū vt melius venderet. vel qꝛ natu
rali caritate nō tenebatᷣ alimentare. ar. l. fi. ff.
de pet. here. ſm bal. in. l. filie cuius. C. fa. her.
Item qn̄ ille q̄ fecit impenſas erat paupioꝛ.
vt no. in. l. alimēta. C. de neg. ge. p Ja. butri.
⁊ bal. qꝛ pma charitas incipit a ſeipo. l. pn̄s.
C. de ſerui. ⁊ aqua. Et ſic bal. in. l. ſi paterno.
C. de neg. geſ. tenet de ruſticꝭ quoꝝ vnus mul
ta poſuit in domo pꝛo alimentis ꝙ pōt petere
qn̄ ī filijs alimētatis nō erāt ope aliq̄les coꝛ
reſpōdētes alimētꝭ. qꝛ cōiter ruſtici ſunt pau
peres quoꝝ oculus ē poꝛcellus. vt dicit gl. ī. l.
illicitas. ff. de offi. pſi. ⁊ raro hn̄t pecunias. vt
dicit bal. in. l. idem. C. locati. Ideo non pſu
mitᷣ donare cū ipe nō habeat ſupflua qd̄ no.

Utrū cū vnus fratrū ponit lucra ſua p pre 34
paratione cōis prīmonij. vel emit boues p co
lendis poſſeſſionibus cōmunibus poſſit illud
repetere. R. dō. Pbal. vbi.ſ. ꝙ ſic expreſſe p
tex. in. l. ex duob⁹. ff. de neg. ge. ⁊ bal. in. l. filie.
C. fami. herci.

Sunt duo frēs vnus legitimus alius ſpu 35
rius qui ſocietatem cōtrahunt omniū bonoꝛū
ī vita patris ipoꝝ. queritur an moꝛiēte pr̄e ei⁹
hereditas trāſeat etiā ad ſpuriū. R n̄. bal. ī. l.
j. C. p ſocio. ꝙ ſic nō vi ſucceſſionis vel relicti
ſed iure ſocietatis. qd̄ no. p cautela tu qui vis
ſpuriū ſuccedere in hereditate cuꝫ legitimo vt
facias eos contrahere ſocietatem in ſimul om
niū bonoꝛum.

Pecunia aliqn̄ capitur largiſſime pꝛo
omni re mundi. j. q. iij. totū. ⁊ ī. l. nōis.
ff. de vb. ſi. dr̄ nōis pecunie appellatio
ne rē ſignificare pculus ait. vbi gl. rē. ſ. omnē

q̃ ſit vel eē poſſ.t in mr̃imonio.⁊ ſic rei appella
tio latioꝛ eſt q̄ꝫ pecunie.vt in.l.rei.ff.eo.qꝛ res
ſacre et liber hō q̃ nō pn̄t eē in pr̄imonio ſunt
res ⁊ nō pecunia. Sed ſtricte ⁊ ꝓprie pecunia
accipitur ꝑ pecunia numerata.xiiij.q.iij.c.j.ij.
⁊.iij.⁊.ff.de le.j.l.talis ſcriptura.in pn̄. Secū
dū etiā quatuoꝛ mḡros expoſitoꝛes regule.b.
Frācisci pecunia accipit̄. pro omni re qua q̄s
vtit̄ ad aliq̃d pro p̄ecō dandū.vn̄ dicūt q̄ꝫ nō
lꝫ fratribus minoꝛibus aliqua recipe quibus
vtantur pro precio ad aliqua emēda.

1 Sed pone q̄ꝫ aliq̄s vult dare fratri minoꝛi
aliquā rē quā frat̄ nō īdiget nūq̃d poterit eam
recipe vt vēdat ⁊ de p̄cio aliā nccriā emat. R.
q̄ꝫ nō.qꝛ ſic eēt recipe pecuniā ſed bn̄ pōt eā re
cipe aīo nūq̄ꝫ eā diſtrahēdi ipſe ſed ꝓcuratoꝛi
oꝛdīs aſſignādi vt ipē eā vēdat vel ī nccriam
ꝯmutet qꝛ ſic nūq̄ꝫ ē pecunia q̃ ꝓhibet̄ in regu
la recipi q̄ꝫdiu ē in manu eius.ſed poſt q̄ꝫ ē aſ
ſignata procuratoꝛi. Car.xᵒ in cle.exiuit. §.
poꝛro.de xb.ſig.dicit q̄ꝫ hodie denarius ⁊ pe
cunia ꝑ eodē accipiūt̄ ⁊ ſic exponit xbū vl̄ ꝑ.
i.in p̄dicta regula miōꝝ. vt ſit ſenſus nō reci
piant denarios.vel in pecuniā ꝓhibēdo cuiuſ
cūq̄ꝫ generis monetā. ſꝫ magis placet opi. q̄
tuoꝛ magiſtroꝝ.

2 Utrū mutuās.x.in auro teneat̄ recipe ī ar
gento tm̄ ipm̄ inuito vl̄ in diuerſa foꝛma.puta
floꝛentinos ꝑ ſenēſibus mutuatis. R n̄. Pa.ī
c.quāto.de iureiur.colligēdo mentē bar. in.l.
Paulus.ff.de ſolu. Aut mutuauit.x. libꝛas in
iiij.floꝛenis.⁊ tunc ſufficit reſtituere.x. libꝛas
etiā ī alia moneta.qꝛ vr̄ extimatos illos floꝛe
nos ꝑ.x.libꝛis vēdidiſſe ſic dicimꝰ in dote cū
tradit̄ extimata.l.cū dotē. C.de iure do.⁊ idē
dic ī depoſito. Aut fuit,dictū mutuo vel depo
no,x.libꝛas in floꝛenis ⁊ p̄iculū ⁊ ꝯmodū ꝑti
net ad debitoꝛē ſeu depoſitariū.vn̄ tenet̄ reſti
tuere ſm̄ extimationē exn̄tem tp̄e ſolutōis ſiē
de.ar.d.l.cū dotē. Aut fuit ſimplr̄ factū mutu
um.puta mutuo tibi.c.floꝛenos ⁊ tūc ſi ē paſ
ſurus aliq̄d dānū recipiēdo in alia foꝛma. nō
tenet̄ recipe.d.l. Paulus. Si xᵒ nullū dānū
ē paſſurus ſic tenet̄ vt i.d.l. Paulus. Sꝫ ī alia
materia non tenet̄ recipe.qꝛ mutuū dꝫ reſtitui
in eodē genere ⁊ eadē bonitate.vt in.l. cū q̄d.
ff.ſi cer.pe.⁊ aliud ꝑ alio inuito creditoꝛe ſol
ui nō p̄t.l.ij.ff.ſi cer.pe. Cōſuetudo tn̄ ē vt ſol
uat̄ ī alia materia ⁊ ſuanda ē.qꝛ vr̄ actuꝫ q̄d ē
cōſuetū.l.q̄ꝫ ſi nolit.§.q̃ aſſidua.ff.de edi.edic.
⁊ cōſuluit Aldra. In depoſito aūt conſidera
ſi fuit actū vt pecuniā cōfunderet cū ſua.⁊ idē
dic q̄d de mutuo,aut teneret ſeparatam,et ſic cā
reddet ⁊ nō aliā in foꝛma aut materia.

Pedagium dicitur a pedibus dat̄ eni
a tranſeuntibus in locis conſtitutis a
principe.vel ab eo q̃ habet ſuꝑ hoc au
ctoꝛitatem. Guidagiuꝫ xᵒ datur ꝑ ducatū ꝑ
terram alicuius vt ſecurius vadat. Salinariū
autem datur pro ſale vt.ſ.poſſint emere vel vē
dere. Hec habētur in.c.ſuꝑ quibuſdā. de ver.
ſig.in glo. Un̄ pedagiū idem ſignificat q̄ꝫ ve
ctigal.vt no.dominꝰ Pe.de ancha.in.c.q̄ꝫ q̄ꝫ.
de cenſi.li.vj.⁊ ſoluit̄ q̄n q̄ꝫ ſolū ꝑ tranſitu ꝑ
ſone vt ferrarie. Aliq̄n ꝑ rebꝰ quas q̄s defert
nō vſus ſui cauſa. Tributū ē q̄d p̄ſtat̄ fiſco.⁊
idem eſt q̄ꝫ cenſus vel penſio.

Quis pōt imponere pedagia.guidagia. et i
ſalinaria. R n̄. q̄ꝫ p̄nceps vel rex. aut ille cui a
lateranenſi cōcilio fuit cōceſſum. vl̄ qui ex lon
ga ꝯſuetudine de qua nō extat memoꝛia in cō
trariū hoc habet. vt no.in.d.c. ſuꝑ q̃buſdam.
al̄s non hn̄tes auc̄tem ab aliq̄ p̄latoꝛū exigen
tes ſunt excōicandi de cenſi. innouamus. ⁊ de
iure ciuili ſunt ꝑpetuo exilio damnandi. C.no
ua vectiga.inſti.nō po.l.vlti. Sꝫ hodie ex quo
ciuitates italie hn̄t meꝝ ⁊ mixtū imperiū obti
nuerūt de facto vt imponere poſſint iſta peda
gia.vt no. Jo.an.⁊ Pa.in.d.c.ſuꝑ q̃buſdaꝫ.
Alij aūt q̃ de facto imponūt ſeu impoſita exi
gūt.niſi habeāt auc̄tem ab aliq̄ p̄dictoꝝ rapi
nā ꝯmittūt. Sitr nō ſufficit q̄ꝫ vna ꝑs ciuitatꝭ
cōſentiat.ſꝫ oꝫ q̄ꝫ maioꝛ ꝑs p̄ſertim eoꝝ quibꝰ
tangit ſm̄ do. Gaſpar.cal.in.c.fi.de ma.⁊ ob.
facit.l.in concedendo.ff. de aqua plu. ar. Re
gula. Q.ō oēs tangit.li.vj. ⁊ ſic patet q̃ ē cau
ſa efficiens.

Utrū p̄fata pedagia poſſint imponi ab hn̄ 2
tibus p̄tatem ſine iuſta cā q̃ p̄t dici cā finalis
ſeu foꝛmalis. R.ſm̄ Ray.q̄ꝫ nō. ⁊ exigēs com
mittit rapinā ſi ſine legitīa cā imponit. Et cā
legitīa ⁊ iuſta ſunt publice neceſſitates. quas
bar.in.l.vniuerſi. C.de vecti.appellat ſtipēdia
pontēs publice.domꝰ.defenſio ſtrate. ⁊ hmōi
facit.c.ſi q̄s romipetas.xxiiij.q.iij.iūcto.c.in
nouamꝰ.de treu.⁊ pa.⁊.i.c.ꝑueit.⁊.c.cū apl̄s.
de cēſi.⁊.l.vectigalia.ff.de publi.⁊ ibi ꝑ doc.

De q̃bus debēt ſolui pedagia. R n̄. q̄ꝫ ſolū 3
mō de his q̃ cā negociationis vel mercimonij
deferūtur. C.de vecti.l.oīm. vn̄ de his que q̄s
facit poꝛtare pro neceſſitate ad vſum ſue vite
⁊ familie nō p̄t exigi pedagiū. ⁊ nec valet con
ſuetudo in ꝯriū ſm̄ Io. Ber.in.d.c. ſuper qui
buſdā.ī mo vult.l.vniuerſi. C.de vec.q̄ꝫ decapi
tetur qui de rebus ad ꝓꝑiū vſuꝫ vel gr̄a ruris
colendi, vl̄ ad ſe defendendum emptis vel de

latis exigit pedagiū. vñ in his fraudantes nō peccant. Sed attende ꝙ aliqñ pedagiū dicit̄ etiā collecta q̄ poſſet imponi ſup̄ hmōi in ſuos ſubditos ⁊ ſic nō liceret fraudare. qñ ex legitima cā imponit̄. ſed forenſes nō tenerētur. ⁊ hͦ dicitur cauſa materialis.

4 ¶ A quibus pñt exigi pedagia. R. ꝙ ab omnibus exceptis clericis eccleſijs ⁊ alijs eccleſiaſticis pſonis et ſi q̄s a talibus exigit ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitā pſonā ſi ē pſona ſingularis excōicatus ē ipo facto. Si collegiū vel vniuerſitas ciuitatis. caſtri. vel ville ſubijcit īterdicto donec reſtituerint extorta. Intellige dūmō pſa tñ cā negociatōnis deferat. hec hñtur ī. c. q̄ꝗ. de cenſi. li. vj. Et quō indirecte pñt exigi. vide. s. immunitas. §. xxviij. cū. iiij. §. ſe.

5 ¶ Sed quid de imponentibus noua pedagia ſine auc̄te legitima. vel augumētātes āͭiqua. vel exigētes iniuſta. ſiue ex cauſa efficiēti ſiue ex cā finali vel materiali. R. ꝙ raptores ſunt et tenentur ad reſtōnem eis a quibus extorſerūt vel eoꝝ heredibus ſi ſciūt eos. vl̄ ſaltē pauperibus ſi eos ignorāt. et hͦ de neceſſitate p̄cepti. c. ſi res. xiiij. q. vj. ⁊ hodie ꝑ ꝓceſſum curie ſunt excōicati excōicatione papali. vt. s. excōicatio. v. caſu. xx.

6 ¶ Vtrū fraudātes pedagia vel guidagia peccent et teneātur ad reſtōem. R. ſm cōiter doc. in. d. c. innouamꝰ. ⁊ maxime. Pa. ꝙ ſic. ſi ſunt legitima auc̄te impoſita. vel ita antiqua ꝙ de eius initio non extat memoria. etiā ſm hoſ. ſi cā nō ē expſſa a ꝑncipe cū ea ꝯceſſit īponi poſſ. Et etiā ſi ille q̄ recipit nō facit id ꝓ q̄ ꝑſumit̄ ꝙ ſint cōceſſa. dūmō nō cōſtet ꝙ ꝓpter illud fuerint impoſita. ⁊ ſic tranſeūt cōiter doc. Sed ego dico ꝙ vbi imponētes talia pedagia nō laborāt loco ⁊ tempe ꝓ vniuerſali vtilitate. ſ. viaꝝ pontiū ſaluatōne pſonaꝝ ⁊ reꝝ iuxta ſuū poſſe ad qͦ tenentur ſm Archi. in. c. ſi q̄s romipetas. xxiiij. q. iij. nō peccāt q̄ ea defraudant. ſine mendacio tamē et piurio nec tenet̄ ad reſtōnem. Nec etiam credo peccēt mortaliter fraudātes q̄ꝰuis p̄dicti laborēt in p̄dictis ꝓ loco ⁊ tpe. Rō q̄ꝛ cōiter ſic inſtituūt. ſ. ſtatuimus ꝙ q̄libet ſoluat ⁊ c̄ ſub pena cadēdi ī cōmiſſum ſi aliter inuētus fuerit. Et iō iſtud ſtatutū nō obligat ad mortale. vt. s. dixi inobedientia. §. j. nec etiā ad penā vt ꝫ gl. ī. c. fraternitas. xij. q. ij. niſi poſt ꝯdemnationē. ſi obijcias ꝙ dānificāt gabellas emētes ad hͦ. R. ꝙ ſunt dānū. q̄ꝛ ita ⁊ ſub iſta cōditione emūt vt vigilent al̄s ſibi imputet̄. Si xͦo ſtatutū ex q̄ impoūt eſſet p̄ceptiuū ſic hr̄et locū qͦ cōiter tenēt doc. Si aūt nō ſunt legitima auctoritate īpoſita. tūc extranei. ſ. q̄ nō ſunt ſubditi talibus imponētibus nō peccāt. nec in aliquo obligātur. Aduerte tñ q̄ꝛ pedagia nr̄i tpis ſunt cōiter licita. Vñ niſi ꝓbēt legitime īpoſita debem p̄ſumere iniuſta. c. q̄ꝗ. de cenſi. li. vj. q̄ alīꝗ ꝓbent eē legitima ſtādo in p̄ſumptōne iuris. ꝙ ſint iniuſta ⁊ ſic nō teneat ſoluere. Et ſic nota ꝙ noua pedadia ſiue augumentationes factas nullus pōt exigere. niſi ſit certus. ꝙ ſint īpoſita ⁊ ab habēte auc̄tem imponēdi ⁊ ex legitima cā ex quo ius p̄ſumit oīa fore iniuſta. Verū ē ꝙ ſubditꝰ q̄ cogeret̄ ad ipa exigēda excuſaret̄ in dubio ꝓpter bonū obediētie. ſꝫ nō illi q̄ voluītarie ea exigūt. Nec excuſare eos a mortali pctō qñ de hͦ aduerterēt ſi ea volūtarie exigerēt. al̄s hͦ nō aduertēdo. ſ. ꝙ ius p̄ſumat iniuſta niſi q̄tenꝰ ꝓbētur legitīa nō peccat mortalit̄. ſed ad minꝰ tenebūtur ad reſtōem exactorū ſi poſtea inueniētur nō fuiſſe legitima. Subditi xͦo obligant̄ ſm formā ſtatuti q̄ꝛ in eoꝝ p̄ iudiciū bñ poterūt pedagia imponere. vt no. Pa. ī. d. c. innouamus. q̄ꝛ potiꝰ tūc dr̄ collecta q̄ꝫ pedagiū. Q. ō limita veꝝ qñ ꝓpter bonū rei publice fuerūt īpoſita alit non obligant̄ niſi q̄ cōſenſerūt vt in regula qͦ omēs tangit. li. vj. Item nec extranei nec ſubditi obligantur qñ ſunt impoſita ex certa cā. ⁊ ꝯſtat etiaꝫ ab hñte ptātem imponēdi. ⁊ ille q̄ exigit ſeu exigere facit nō implet cām ꝓpter quā ſunt impoſita immo peccat mortaliter et reſtituere tenet̄. q̄ꝛ cā ceſſante ceſſat effectus. de appel. c. cū ceſſante. ſane intelligendo. ſ. loco ⁊ tpe debito. q̄ꝛ nō ſp̄ ſed ꝓ ſp̄ illud tenet̄ facere. ꝓ q̄ eſt pedagiū impoſitū. Et hec oīa intellige. niſi in nō ſolu ēdo talia pedagia immineret aliqͦ ſcandaluꝫ. q̄ꝛ tūc indiſtincte teneret̄. q̄libet ad ea ſoluenda. Cōſulo ḡ cōfeſſoribus ꝙ videāt decreta dictorū pedagioꝝ vt poſſint bonū iudiciū dare. vtꝝ ſint obligatoria ad culpā vel ne. Item dic ꝙ nimis grauati alijs impoſitionibꝰ vel qñ gabelle ſunt nimis graues et ſine neceſſitate nec ad vtilitatē cōis pñt fraudare ſine pctō. ſimiliter qñ imponens nō hꝫ iuſtū titulū dominij.

¶ Vtꝝ xpiani teneant̄ ſoluere pedagia ſarracenis ⁊ alijs īfidelibꝰ. R. ſm Ho. ꝙ nō tenent̄ niſi ſolū ad hͦ vt ſuſtineātur in trāſitu ꝑ eos. et placet mihi iſta opi. ſꝫ alij ꝯtrū teneāt ⁊ male. tū q̄ꝛ xpiani nō tenent̄ ad eoꝝ ſtatuta. Limito tñ niſi exp̄ſſe ex pacto volūtarie ꝯueniſſent cū eis ad ſoluendū. Nā tūc ſi ipi ſeruāt fidē xpianis xpiani tenentur eis ſeruare. xxij. q. iiij. innocens. ⁊. xxiij. q. j. noli. his cōcor. Arch. in. d. c. 7

ſi quis romipetas.

8 Utrũ exigentes pedagia ſeu exigere faciẽtes teneãt itinera tenere ſecura. R. bal. i li. de ↄſue. feu. in ti. de his q̃ feu. da. pñt. in. §. abbatiſſa. ⁊ in ti. de pace iura. fir. §. ↄuenticulis. ꝙ ſic. Pñ addit ꝙ ſi fiũt aliq̃ robarie in eoꝝ curia. territorio vel diſtrictu ab eis poſſeſſo vbi exigũt pedagia a trãſeuntibus tenetur aut robariam reſtituere aut malefactorẽ exhibere. l. ne qd. ff. de incẽ. rui. nau. Et ꝙ teneanť ad reſtitutionẽ integrã de ſpoliatione itelligo veꝝ. qñ ex defectu eoꝝ venit nõ faciendo qḋ facere tenenť. xxiij. q. ij. dñs. ⁊. q. v. adminiſtratoreſ. ⁊. C. de appel. l. ſi appellationẽ. ⁊ ſeq̃tur Po. ⁊ Archi. in. d. c. ſi q̃s romipetas. nõ tñ teneť exactũ in pedagio reſtituere. ſm Po.

Pena ſtricte ⁊ ꝓprie ẽ dũtaxat illa que eſt corporis afflictiua. ⁊ ideo appellatione pene nõ venit pena pecuniaria vel extra corpus ſm Pa. in. c. inter alia. de imu. ec. ⁊ ibi ẽ tex. vbi dr̃ ↄfugiẽs ad ecciam nõ debet ↄdemnari ad penã. ⁊ tñ poſtea dicit ꝙ legitime puniẽdus vbi eſt glo. puniẽdus. ſ. pecuniaľr dũtaxat vel alia pena preter corporalem. xvij. q. iiij. reſi. ⁊. c. id cõſtituimus. Sed large accipiť pro omni eo ꝙ minuit de p̃rimonio vľ priuat ab aliquo legitimo. Hemi. tñ in. c. fi. de elec. li. vj. dicit ꝙ cõſtitutio ꝓprie ẽ penalis. q̃ priuat iure q̃ſito. vt in. c. ſi religioſus. eo. ti. ⁊ li. ⁊ ita pena ẽ q̃ punit ⁊ vindicat qḋ q̃ſq ↄmiſit. vt in. c. pnia. de pe. di. iij. vide glo. in. c. diſpendia. de reſcrip. eo. li. Et ideo illa lex eſt penalis ꝓprie q̃ ꝑ vindicta ledit vel in ꝑſona vel in alio q̃ſito. vt in. d. c. diſpẽdia.

1 Utrũ cũ q̃s petit intereſſe qḋ paſſus ẽ. vel ꝙ reſtituať iniuſte ablatũ penã petat. R. ꝙ ſi ille a q̃ petit eã habuit rẽ q̃ã petit. tũc non eſt pena. nec ex p̃te actoris. nec ex p̃te rei. Sed ſi eã nõ habuit. puta q2 petiť intereſſe tũc ex p̃te rei ẽ pena ſed nõ ex p̃te actoris. Si xᵒ peteretur ꝙ actori nõ abeſt nec reo aduenit ſic eſt pena ex p̃te vtriuſq. Et ideo ſolũ qñ eſt pena ex p̃te vtriuſq vel ſaltem ex p̃te actoris habꝫ locum illud qḋ dr̃. ꝙ pena nõ eſt ſoluẽda in foro anime niſi poſt cõdemnationẽ in glo. xij. q. ij. fraternitas. qḋ no. q2 facit ad mľta. elicitur a Pa. in. c. finẽ. de do. ⁊ contu.

2 Quotuplex ẽ pena. R. vj. Prima dr̃ canonica vel legalis q̃ imponiť a iure canonico vel a legibus. de qua i. c. ſtatuimᵘ. xvj. q. j. Et hec põt exigi tã a clericis q̃ a laicis. ſm Pa. in. c. dilecti. de arbi. facit. c. ſi q̃s contumax. ⁊. c. ſe. xvij. q. iiij. Nã qḋ fit lege ꝑmittẽte nõ ẽ pecca

tũ. xxiij. q. iiij. q̃ peccat. l. gracus. C. de adul.

Sed quid ſi nõ petatur teneť ne in foro anime illã ſoluere. R. ꝙ aut imponiť ipo facto. et ſic ſm bal. in li. de vſi. feu. in tit. de feudis. ꝙ lꝫ nõ ſit neceſſaria ſentẽtia ad eẽ. ẽ tñ neceſſaria ad executionẽ eſſe. ⁊ ſeq̃tur Archi. in. c. felicis. de penis. li. vj. dicit ꝙ lꝫ etiã talia bona trãſeant in dominiũ fiſci ⁊ deſinant eſſe criminoſi. ſicut in bonis heretici. ⁊ illius qui cõmiſit crimen leſe maieſtatis etiam ſine ſentẽtia. Tamẽ neceſſaria ẽ poſtmodũ ſententia q̃ declaret eũ criminoſum añq excuſſio fiat bonorũ vel alia executio. facit aut. de inceſtis nupt. §. j. ⁊ in. c. q̃ ſm leges. in fi. de here. li. vj. facit qḋ no. bal. in. l. iubemus. §. iconomus. C. de ſa. ſan. ec. ⁊ barto. in. l. diuus. la. ij. ff. de cuſto. ⁊ exhi. reo. ⁊ butri. in. l. raptores. C. de epiſ. ⁊ cle. vbi volũt ꝙ req̃ritur ꝓceſſus declarationis ꝑſone hãni te. antq deueniať ad excuſſionẽ bonoꝝ. licet ipo iure ſint cõfiſcata. Item glo. in aut. de tabel. §. penulti. q̃ vult ꝙ lꝫ tabellio a iure ſit priuatus officio. tñ ſine ſentẽtia hominis valent inſtrumẽta. Et hoc ſeq̃tur Pa. in. c. cũ non ab homine. de iudi. Sed limitat veꝝ. niſi factum eſſet notoriũ quia in certis nõ eſt opus coniecturis. Intelligo ita notorium ꝙ nulla poſſit tergiuerſatione celari. Et ex hoc patet ꝙ in foro anime nõ teneť eã ſoluere añ ſententiã. nec etiã lꝫ ſit notoriũ añq fiat excuſſio dictoꝝ bonoꝝ. q2 nõ teneť illa exhibere. niſi ſibi p̃cipiať. vel ab eo petanť cui cõpetũt. Nec quis poſſet ea auferre niſi precedat ſentẽtia declaratoria vt patet ꝑ ea q̃ dixi. s. aſaſinus. §. vlti. Sꝫ hic aduerte ꝙ qñ talis pena applicat bona alicuius alicui. puta fiſco vel alteri ipo iure. ꝙ licet talis ante ſententiã nõ teneať vt dixi dare. tamẽ nõ poterit ea titulo oneroſo in aliũ trãſferre. neq fructus etiam talis rei. Ratio quia ſi condemnaretur ꝑ ſententiã fiſcus vel ille cui fuerant applicata. vendicaret ea a quocũq cũ fructibus medij tempis. nec teneret reſtituere precium niſi aliquid loco p̃cij inueniať apud alienantẽ vel ipm p̃ciũ. vt in. d. §. j. ⁊. c. cũ ſm leges. facit. l. ſi cum dotem. §. vltimo. cũ. l. ſe. ff. ſolu. matri. Et ideo ne ſit cauſa damni illius cui alienat non poteſt ſm conſcientiã ⁊ etiã ſine peccato mortali. niſi alienaſſet ꝑ neceſſitate vite. vt pro comedẽdo ⁊ hmõi. quia ſm bar. in. l. poſt. ff. de dona. talis adminiſtratio bonorũ neceſſaria vt ẽ ſupradicta nõ ẽ p̃hibitis inter dicta. ſꝫ ſolũ volũtaria. alľat. l. res. ff. de ſolu. l. peto. §. p̃diũ. ff. de lega. ij. ⁊. l. alienatẽ nes. ff. fami. her. niſi alr̃ eẽt ſoluendo ꝓ damno dato 5

vel niſi ei revelaret ꝯditionē rei ita eē. ſi nō ta
le delictū ꝓpter qḋ ſua bona ſunt fiſco applica
ta pōt aliquo mō ꝓbari. Sed ſi eſſet totaliter
improbabile poſſet alienare etiā tit. oneroſo.
Si aūt lucratiuo alienare bñ poſſet. Et ſic in-
tellige ⁊ limita bal. vbi. s. ⁊ in. d. §. Iconom⁹
⁊ Pa. in. d. c. cū nō ab hoie. ⁊ Io. an. in. c. pro
humani. de homi. li. vj. in nouella. Si vero pe
na nō imponit̄ ipō facto ſed venit imponenda
ſic ſimiliter nō tenet̄ añ cōdemnationē. l. eius
qui delatorē. in pn. ff. de iure fiſci. ⁊ añ cōdem
nationē poteſt diſponere quomodocūq̄ vult.
quia eius res ē ſua. lꝫ poſſit ea priuari. Et no.
ſm Bar. in. l. fi. ff. de penis. ⁊ l. in honorarijs.
ff. de ac. ⁊ ob. ꝙ hec pena ī iudicio nō pōt exigi
poſt annū ſed ſolū infra annū poſtq̄ q̄s eā in-
currit. Et hoc intellige qñ ē mere pena tam ex
pte actoris ſeu cui applicat̄. q̄ꝫ ex pte rei. ⁊ ſm
hec tene glo. in. d. c. fraternitas. ⁊ iſtud ſerua.
lꝫ aliqui aliter ſentiant ⁊ male.

4 ¶ Vtrū ad incurrendū penam q̄ ipō facto im
ponit̄ negatiue requiratur monitio. Rñ. In-
no. in. c. extirpande. de p̄bē. ꝙ non incurrit añ
monitionē. Pa. ibidē tenet ꝙ non requiritur
ſed ipō facto incurrit̄. Eſt glo. in. l. j. C. de his
q̄bus vt indi. ꝓ qua bar. in. l. in cognitione. ff.
ad ſille. concludit ꝙ pena appoſita non vindi-
canti mortē defuncti ipō facto incurritur quo
facultatē habuit vindicādi ⁊ non vindicauit.
Eſt etiā glo. in cle. j. de here. ⁊ bonus tex in. c.
cupientes. poſt pncipiū. de elec. lib. vj. Sed tu
cōcorda ꝙ opi. Inno. quā ec̄ tenet Io. an. in
c. lꝫ. de elec. lib. vj. ⁊ multi alij. eſt vera qñ ius
nō p̄figit terminū. Opi. ꝟo Pa. ⁊ bar. intelli
git̄ vbi ius p̄figit terminū. q꞉ tūc terminus in
terpellat ꝓ hoie. c. potuit. de locato. ⁊ ſic con-
cordat. He. in. d. c. lꝫ. Sed vbi ius imponit pe
nā affirmatiue ipō facto ſic nō req̄ritur moni-
tio. Et nota ꝙ tunc dr̄ imponi pena negatiue
qñ ponit̄ ꝯ omittentē ſiue nō facientē qḋ face-
re tenet̄. Affirmatiue ꝟo ponit̄ qñ infligit̄ cō-
mittenti ſeu facienti aliquid ꝙ nō eſt faciēdū.
quod bene nota.

5 ¶ Vtruꝫ pena impoſita a iure in vno videat̄
poſita in alio qñ illa duo ī iure equiparantur.
Rñ. ꝙ ſic p tex. cū gl. ī. c. ſi poſtq̄ꝫ. in fi. de elec.
li. vj. facit glo. in. c. j. de poſtu. p̄l. q̄ dicit ꝙ di-
ſpoſitio etiā penalis cōcepta in electione ꝓce
dit etiam in poſtulatōne. q꞉ p poſtulationē p-
uenit̄ ad electionē. l. oratio. ff. de ſpō. ſeq̄tur hꝫ
Pa. ī. c. de multa. de p̄b. ⁊ ī. c. fi. de mutu. peti.
Sꝫ ego in fauorabilib⁹ habeo ꝓ indubitato ꝙ
diſpō ꝯcepta in vnō extendat̄ ad aliud qñ eq-
parat̄. p aut. itē ſi quis liberos. C. de natura-
libus lib. vbi pr̄ vnū filiū naturalē in aliq̄ legi
timo documēto appellās ſimplr̄ filiū natura
lem in legitimaſſe vr̄ oēs alios filios naturales q̄
cōfratres ſunt. q꞉ hñt eandē conditionem. Sꝫ
quo ad penā ē glo. ſingularis in ꝯtrariū ī cle.
j. de cōſan. ⁊ affi. q̄ dicit ꝙ pena appoſita con-
trahentibus mr̄imoniū nō extēdit ad ꝯtrahē-
tem ſponſalia. vñ dic ꝙ qñ aliqua duo in iure
ſunt pariſcata cōiter. ⁊ ē eadē rō expreſſa. tūc
ſtatutū in vno extenditur ad aliud etiā ī pena
libus. ſed qñ nō ſunt cōiter pariſicata ſed ſolū
in aliq̄bus caſibus tūc nō extendit̄. Similiter
lꝫ rō ſit eadē tñ nō extendit̄ pena lꝫ ſolū prohi
bitio niſi rō ſit exp̄ſſa quia tūc extendet̄ etiam
q̄ ad penaꝫ. vt. s. dixi. lex. §. vj. Et ſic intellige
glo. ſup̄dictas ⁊ limita ⁊ glo. in cle. vnica. de
officio vicarij. Et glo. in. c. conſtitutōnē. de re
gula. li. vj. ⁊ glo. in regula q̄ a iure. de re. iur.
li. vj. ⁊ ſic cōcorda.

¶ Vtrū pena que imponit̄ ipō iure habeat lo 6
cū in eo q̄ puenit ad actū ꝓxīquū delicto. R.
ſm Pa. in. c. j. de eo q̄ mit. in poſ. ꝙ nō niſi pfe
cerit actū. lꝫ aliter ſit puniendus arbitrio iudi
cis. qḋ ꝓbatur in. c. cū in cūctis. de elec. iūcto
c. ppetuo. eo. ti. li. vj. ⁊ ibi glo. Secus de pena
q̄ venit imponēda p decretū iudicis. q꞉ ſic pu
nit̄ ac ſi pfeciſſet ex q̄ puenit ad actū ꝓxīquū.
vt in. l. ſi q̄s non dicā rapere. C. de epi. ⁊ cle. ⁊
l. is qui cū telo. C. de ſiccarijs. Hoc tñ nō ha-
beret locū in penis p ſtatutū impoſitis. q꞉ ver
ba ſtatuti exigunt actū pfectū. Ita no. bar. in
d. l. is q̄ cū telo. ⁊ ideo nō ſufficeret inchoaſſe.
Aduerte tñ ſm Pa. ī. c. Raynaldus. de teſta.
ꝙ incurritur pena poſita ꝯtrauenīētib⁹ alicui
facto ex ſola cōuentōne de facto q̄ꝫq̄ nō habu
erit iuris effectum. vt patet in. d. c. Raynald⁹.
⁊ etiam ſi ꝯdicit de iure. l. nuda. C. de ꝯben. ⁊
co. ſtipula. Item no. bar. in. l. quicunq̄ꝫ. C. de
ſer. fugi. ꝙ vbicūq̄ꝫ de pena capitali vel corpa
li loquimur ſubintelligit̄ dolus. ff. de ī lite iur.
l. ij. ⁊ in. l. in actōnibus. ⁊ inſti. de ſuſpec. tuto.
§. ſuſpect⁹. Secus in pecuniarijs penis. vt. C.
de nora. act. l. ſi ſerui. Item tꝫ Bali. in. l. pen̄.
C. ad. l. cor. de ſicca. Idē bal. ī. l. data opera.
C. qui accuſa. nō po. Idē Pau. de ca. ī. l. j. C.
vbi ſena. vel cla. facit glo. in. l. quid ergo. §. ex
cōpromiſſo. ff. de his q̄ no. infa. ⁊ gl. in. l. ⁊ ſi ſe
nior. C. ex q̄bus cauſis ifa. irroga. Et ibi bal.
dicit ꝙ cōmittēs p laſciuiam. puta currendo
equū homicidiū nō dꝫ occidi. lꝫ ſtatutuꝫ dicat
ꝙ homicida decapitet̄.

¶ Vtꝫ ſufficiat ad obſeruantiā legis ſoluere 7

penā ſolū qñ prohibet ſub pena. R. n. vt. s. ino bedientia. §. j. Et illud ſerua in cōſcia. in foro aūt ↄtentioſo ſufficit. facit glo. in. c. dilecti. de arbi. ⁊ in aut. de iudicibus. §. q꞉ vo. vbi pꝫ ꝙ pena ſoluta q̄ erat in cōpromiſſo nō pt peti vt ſtet ſnīe niſi addat̄ vt ſoluta pena ſtet̄ arbitrio ff. de trāſac. l. penul. ⁊. C. eo. l. cū ꝓponas.

8 ¶ Scḋa pena dr̄ ↄſuetudinaria de q̄ i. c. dilectus. de of. or. ſꝫ hodie nō ē in vſu. ſꝫ ſi eēt ī ali q̄ loco poſſet exigi etiā a religioſis vt ibidem.

9 ¶ Tercia pena dr̄ ↄtumacie. Hec de iure ciuili petebat̄ vt in. l. ij. ff. de colla. bo. ⁊. C. de mō mulcta. l. illuſtris. ſꝫ de iure canonico nō pt peti a ꝑte niſi q̄ntuꝫ ē intereſſe ſuū. c. j. de dolo ⁊ cōtu. vel niſi petat̄ ad ſatiſfactionē iniurie. vt in. c. olim. de iniurijs. Iudex tñ ſi habꝫ ptātē mulctandi ſicut hꝫ ordinarius. vt in. l. ij. in fi. ff. de indi. bñ poterit exigere.

10 ¶ Quarta pena dr̄ iudicialis. ⁊ hec pt peti ſicut cū q̄s obligauit ſe ſub pena. x. ad ꝓbanduꝫ aliq̄d in. c. cū dilectus. de elec. ſed hec nō petit̄ a clericis ⁊ a religioſis niſi ꝓ intereſſe ſuo.

11 ¶ Quinta pena ē arbitralis. ⁊ hec petitur ab eo q̄ n̄ ſuat arbitriū. c. dilecti. de arbi. ⁊ hec pt peti a q̄cūq꞉. vt i. d. c. dilecti. ⁊ ibi glo.

12 ¶ Sexta pena dr̄ ↄuentionalis quā ꝑtes ex iudicio int̄ ſe impoſuīt. ⁊ peti pt q̄ntū intereſt. l. ꝓdia. ff. de ac. emp. ⁊ vendi. ſm Ho. ⁊ Do. An. in. d. c. dilecti. Sed ſm Inno. in. c. ſuā. de penis. ⁊ Pa. in. d. c. dilecti. pt eē peti ſi excedat intereē. niſi ſit ī fraudē poſita. ſed non credo a clericis vel religioſis. ſecus a laicis et p̄ſumit̄ in fraudē vſuraꝝ poſita qñ ſimplr̄ ē poſita ſuper ꝓmiſſione q̄ntitatis. vt ī. l. cuꝫ allegas. C. de vſuris. ⁊ ibi ꝑ doc. ⁊ in. l. iulianꝰ. §. idē Papinianus. ff. de ac. emp. ⁊ ven. ⁊ bar. in. l. rogaſti. §. j. ff. ſi cer. pet. ⁊ canoniſte in. d. c. dilecti. Secus eēt ſi apponeret̄ ſup fcō. vt in dictis iuribus. Simr̄ nō p̄ſumeret̄ in fraudē qñ ꝓmittit̄ quātitas ⁊ poſtea factū. ⁊ vltimo pena ſm. d. Anto. in. d. c. dilecti. ⁊ allegat butri. in. l. cū filius. ff. de cōdi. ⁊ demō. ⁊. bar. in. d. §. j. ⁊ eā ſequoꝛ niſi ꝓbēs eēt vſurarius. ↄtinuis Io. an. in addi. ad ſpe. teneat ꝙ p̄ſumit̄ in fraudē. ⁊ allegat. Py. i. d. l. cū filius. Et vt intelligas pono tibi exemplū. ꝓmitto tibi ſoluere centū. ⁊ niſi dedero dabo tibi. x. ꝓ pēa ſic p̄ſumit̄ ī fraudē. q꞉ ſup quātitate. Aliud exemplū. ꝓmitto tibi facere domū. portare ligna. ⁊ niſi fecero ſoluā penā. ſic nō p̄ſumit̄ in fraudē. q꞉ eſt ſup facto. Aliud exemplū ꝓmitto tibi centum in tali termino ⁊ ꝓmitto tibi venire ad iudicē et recipe p̄ceptū de ſoluendo vl̄ dando pignora. ⁊ ſi nō fecero ꝓmitto tibi ſoluere penā. ſic nō p̄ſumit̄ q꞉ licet ſit primo quantitas. tñ poſt eſt factū ⁊ vltimo pena.

13 ¶ Utrū ille q̄ ex impotētia nō facit ad qḋ obligat̄ ſub pena euadat. R. ꝙ ſi loq̄mur de pēa iuris vl̄ ſtatutoꝝ. ſic ē claꝝ ꝙ nō incurrit. Idē dic de ſnīa iudicis generalit̄ imponētis penā puta excōicatōis. ſm Fede. ↄſi. dccxiij. ⁊ ſequitur Pa. in. c. P. ⁊. B. de of. deleg. q꞉ vba generalia debēt intelligi ciuili mō. ar. l. ſi cui. ff. de ſerui. ⁊ in. l. ratū. ⁊ in. l. qḋ dicimus. ff. de ſolu. Si aūt ſpāliter imponit penā. puta niſi cōpareas tali die excōico te. tūc ſm Pa. in. c. cuꝫ ſup cauſa. de teſti. co. ſi ex ſententia aperte cōſtat ꝙ iudex voluerit eū ligare. ſiue poſſet vel non. ſic cū ſententia ſit nulla cū ↄtineat intolerabilem errorē nō ligat. c. ꝑ tuas. de ſen. excō. ſimiliter nō ligat ſi apparet ꝙ nō voluit ligare impotentē. puta q꞉ dicit ſi ↄtēpſeris vel ſi diſtuleris cōparere ⁊c̄. q꞉ nō potens nec cōtēnit nec differt. vt dicit gl. in. c. q̄uis ſit. de elec. li. vj. Si vo nō pt ꝑpendi mēs iudicis ſic q̄ ad deuꝫ nō ligat. ſed q̄ ad ecclīam ⁊ nos. ⁊ ſic intellige glo. in. d. c. vnico. iiij. q. v. ⁊ in. d. c. cū ſup cauſa. ſed tñ ꝓbato impedimēto nulla indiget abſolutione ſm Ho. ⁊ ſpe. ⁊ placet etiā ſm Pa. in. d. c. cū ſup cā. ſi eēt ſnīa pape. q꞉ debemꝰ p̄ſumere ꝙ noluerit eū ligare. ar. c. vt nr̄m. vt eccleſiaſtica bñficia. ⁊ ſic non eēt irregularis lꝫ celebraſſet qḋ bñ nota. Si aūt loq̄mur de alijs penis ſic certū ē ꝙ in foro aīe peti non pōt ſm Sco. in. iiij. di. xv. q. ij. niſi quātū intereē īportat. facit. c. ſignificāte. de pig. ⁊. c. ij. de conſti. ⁊. c. ex lr̄is. de in integ. reſti. Et ad. l. incendiū. C. ſi cer. pe. q̄ vult vt incendiū nō liberet quādo quātitas ē in obligatione. q꞉ cū obligatio ſit in genere. vt. ff. ad. l. fal. l. in rōne. §. diligenter. totū genus ꝑire nō pōt. R. ꝙ qñ cōſiſtit in genere obligatio. veꝝ ē ꝙ obligatio ex impotētia nō extinguit̄. lꝫ liberet a pena. ꝓpterea dic̄ Ange. in. l. reſcriptū. in pn. ff. de pac. ꝙ etiaꝫ ſi teneamus ꝙ fiſcus hēat tacitaꝫ hypothecā in maleficijs ↄ delinq̄ntē nō tñ p̄feret̄ creditoribus imo creditores p̄ferūtur ei allegat tex. cū ſua glo. in. l. vnica. C. de penis fiſca. Rō q꞉ talis tractat de lucro captando. ⁊ creditores de dāno vitando. facit. l. fi. §. inīa. C. de iure delib. ⁊. l. vnica. C. de impo. lu. deſcrip. ⁊. l. fi. C. de codi. qḋ nota qñ pro exigentibus penā vltra intereſſe ſuū ab illis qui ſunt nō ſoluendo. q꞉ tenent̄ reſtituere eam creditoribus.

14 ¶ Quid ſi obligatus ſub certa pena ad aliq̄d faciendū vl̄ dandū ꝓ ꝑte impleuit ⁊ ꝓ ꝑte nō

ex culpa ſua. R. ñ. Pa. in. c. ſuã. de penis. ꝙ ſi
obligatio ē diuidua nõ cõmittit penã niſi pro
pte nõ ſoluta. Si ꝟo ē indiuidua ſic ſoluet to-
tam penã etiam de iure canonico. Et qñ dica-
tur obligatio diuidua eſt quãdo ſolutio partꝫ
ꝑ ſe valet quo ad partē tantũ quãtũ totum ad
ſe totũ. Indiuidua ꝟo dr̃ qñ nõ valet illa ꝑs
per ſe. Exemplũ ꝓmitto tibi ſcribere bibliaꝫ ⁊
decretũ ſic ſi ſcripſi ſoluꝫ bibliam non ſoluam
penam in totuꝫ. quia obligatio eſt diuidua qꝛ
biblia per ſe valet ſm totum ſuũ. ſecus ſi ꝓmi
ſiſſet ſcribere bibliam ⁊ ſcripſi quatuor quin-
ternos certe non valet ꝓ biblia. ⁊ ideo obliga
tio erit indiuidua qꝛ ad nihil ꝑ ſe valere poſ-
ſunt ſine alijs. de hoc plene no. in. l. ſtipulatio
nes nõ diuidũtur. ff. de ver. ob. ⁊ in. d. c. ſuam.
vbi addit glo. hec vera quo ad penam q̃ ꝯmit
titur in nõ dando vel non faciendo. Secus qñ
quis debet recipere. puta legatum vel heredi-
tatem ſi ſic fecerit vel ſoluerit. qꝛ niſi totũ fa-
ciet nõ habebit. vt in. l. menius. ⁊. l. cui, ſun dꝰ.
ff. de condi. ⁊ demon. de quo vide plene in. l. ſi
ſeruus. ff. ſi quis cautio.
15 Utrũ ſtatuta ſint licita q̃ ſolũ imponũt pe-
cuniariã penã pro homicidio. adulterio. ⁊ hu
iuſmodi. R. Io. ⁊ ſeq̃tur Pa. i. c. ij. de delic.
pue. ꝙ nõ qꝛ homĩes exponũtur venales ad de
linquendũ. qꝛ multi bene timēt cruciatus qui
nõ timēt penã pecuniariã. vt habeãt ſuũ intē-
tum. ar. l. in ſeruoꝝ. ⁊ i. l. aut facta. ff. de penis.
⁊ in aut. de mãda. ꝓn. §. oportet.
61 Utrũ ꝓmittēs ſub certa pena hr̃e ratũ cõ-
mittat penã ꝯueniēs de facto. R. ñ. ſm bar. in
l. id qđ pauꝑibus. C. de epi. ⁊ cler. ꝙ nõ. Secꝰ
ſi ꝓmiſiſſet hr̃e ratũ ⁊ firmũ. qꝛ ratuꝫ refertur
ad ius. ⁊ firmũ ad factũ. vt in glo. d. l.
17 Utrũ tempus ꝑfixũ in odiũ negligētis cur
rat ignorãti. vel legitīe impedito. R. ſm Pa.
in. c. qꝛ diuerſitatē. de cõceſ. ꝓben. ꝙ nõ. Secꝰ
qñ ꝑfigit̃ in odiũ alterius vel fauorē. vt ptꝫ in
l. genero. ff. de his qui no. infa. vbi tempus an-
ni currit mulieri ignorãti mortem mariti. ⁊ vi
de glo. in. c. ſtatutũ. de ꝓben. li. vj. Et no. Spe.
de edic. inſtru. vbi dicit ꝙ lꝫ executor teſtamē
ti nõ potuerit exequi infra annũ nihilominus
executio deuoluit̃ ad epm ar. l. nulli. C. de epi.
⁊ cle. ⁊. c. nos quidem. de teſta. rõ quia eſt i fa-
uorem defuncti.
81 Utrũ iudex poſſit augere vł minuere peneꝫ
legis vel ſtatutoꝝ. R. ſm Io. i. c. in archiepa
tu. de rapto. ꝙ ſi ꝓcedit extraordinarie ſic põt. l.
qđ q̃. ff. de his q̃ no. infa. Si ꝟo ꝓcedit ordina-
rie ſic non põt iudex delegatus. vt no. in. c. de
cauſis. de offi. delega. Iudex ꝟo ordinarius
poteſt ex cauſa mitigare. vt no. bar. in. d. l. qđ
ergo. ⁊ ſeq̃tur Pa. in. c. ij. de emp. ⁊ ven. facit
c. at ſi clerici. de iudi. her. ꝟo in. d. c. de cauſis.
⁊ de accuſationibus in. c. ſuꝑ his. dicit hoc ve
rũ qñ poteſt diſpēſare ſuꝑ crimine. alʼs nõ po-
teſt minuere etiã ex cauſa. Nota tñ ꝙ qñ quis
pluribus legibus ꝓ eodeꝫ delicto diuerſis pe
nis poteſt puniri ſi ab aliquo iudice imponit̃
ei minor. non poterit aliquo modo puniri alia
pena. vt in. l. qui de crimine. C. de accuſa. ⁊ ibi
Ang. ⁊ Sali. i. d. l. q̃ de crimĩe. Oñ tenet tho.
xxij. q. lxvij. ꝙ ſi dimittit penaꝫ in caſu quo nõ
poteſt tenetur ad reſtitutionem cõitati vel ac-
cuſatori ſi intererat eius vt puniretur. Si ꝟo
aurit tenet̃ reo. cũ quo concor. Io. ⁊. Ray.
Utrũ exigentes penã maiorē q̃ꝫ ſit damnũ 9
illatũ excuſent̃. R. ſm Rodo. ꝙ ſi ſm cõſuetu
dinem legitimã ⁊ iudicium regis exigũt excu-
ſantur etiaꝫ ꝑſone eccłiaſtice qñ ſubeſt cã ⁊ or-
do iuris ſeruat̃. nec ē corrupta intentio. vt. ſcꝫ
hoc faciat ꝓpter auariciã. ſed ꝓpter iuſticiam.
Tutiꝰ tñ eēt pauꝑibus erogare illud plus.
Utrũ pena appoſita ſuꝑ ꝯtu nullo vł q̃ nõ 20
tenuit vł ipſo iure vł ꝑ ſnīam iudicis reuocatꝰ ē
ſit ſoluenda. R. ñ. Inno. in. c. ij. de ꝑcarijs. ꝙ
nõ. qꝛ vbi ꝑncipale nõ tenet nec acceſſoriuꝫ. c.
int̃ dilectos. §. ceteꝝ. de fi. inſtru. c. ſi diligēti.
de fo. cõpe. c. querelã. ne ꝑla. vices ſuas. 12
Cui debet applicari pena. R. ꝙ pena iuris
⁊ ſtatutoꝝ regularit̃ applicat̃ fiſco. qñ introdu
cit accuſationē. l. mulctaꝝ. C. de mõ mulcta.
Sed quando introducit actionem applicatur
parti. l. iij. ff. de ſepul. vio. Similiter qñ loq̃tur
ſimpliciter videtur introducere actionem. ar.
d. l. iij. De alijs autē penis tenet Goffre. ꝙ ſi
ꝯtingit dãnũ vel iniuria alicuiꝰ illi applicabit̃
de pe. c. ij. Si ꝟo nõ reſpiciat dãnũ alteriꝰ ſic ap
plicabit̃ vel pti ſi ē ꝯuentionalis vel iudici vł
fiſco ſm ꝙ de ea ē ſtatutum. 22
Utrũ pena impoſita ſimplr̃ ſine prefinitio
ne temporis ſit perpetua. R. ñ. Pa. in. c. ex lit
teris. de conſti. ꝙ pena impoſita ꝓpter crimē
ſine cauſe cognitione. puta ꝓpter interlocuto-
riam iudicis intelligit̃ temꝑalis. ⁊ durat ſolũ
durãte eius officio. vtputa interdicit officium
vel exercitiũ alicui. tex. no. ſm cõmunē intelle-
ctum in. l. fi. ff. de pe. Idem no. Inno. in. c. ꝙ
tranſlationem. de offi. delega. qđ limita in pe-
na ſucceſſiua. qꝛ momentanea pena eſt ꝑpetua
puta mulctauit in pecunia aut in corpe. ⁊ hu-
iuſmodi. facit. l. illicitas. in fi. ff. de offi. preſi.
Si ꝟo fuit impoſita cũ cauſe cognitione. ⁊ de

licitū merebaꝛ̃ erit ꝑpetua. Secus ſi delictum
nō merebaꝛ̃. ar. cōtrariū. in. l. ſi pſes. ff. de pe. ⁊
fuit dictū Oldra. qđ ſequūtur cōiter docto. in
d. c. ex litteris.

23 ¶ Utrū pena extēdaꝛ̃ ex territoriū ipſm impo-
nentis. R. Pa. in. c. poſtulaſti. de fo. cōpe. ꝙ
aut reſpicit pſonā ſicut infamia. excōicatio. in
terdictū. ⁊ hmōi. ⁊ ſic cum ſint affectiue pſone
porrigūt effectū ſuū ex territoriū etiā quia ſe-
quūt eū. ſicut lepꝛ leprosum. l. ex ea. ff. de poſtu.
ꝓpter qđ dicit bar. in. l. q̄ vltimo. ff. de pe. ꝙ ſe-
mel cōdēnatus ad morte ꝗuis effugiat nihil-
ominꝰ remanet ſuus pene vbicūqꝫ fuerit. ⁊ iō
nō poterit facere teſtm̄ nec ꝯhere ⁊ ſimilia. fac
d. l. q̄ vltimo. ⁊ in aut. hodie. C. de do. int vi. ⁊
vxo. Aut reſpicit certū locū. puta ne vadat ad
talē locū. vel vt moreꝛ̃ in tali loco. ⁊ ſic nō por
rigiꝛ̃ ex territoriū. niſi ꝑ quādam ꝯſeq̄ntiam.
puta qꝛ detētus in tali loco. īterdictus ē etiaꝫ
ei locus originis. ꝗuis ſit ex territoriuꝫ. de q̄
dic vt in. l. relegatoꝝ. §. j. ⁊. §. in terdicere. ff. de
interdictis. Per quā. l. dic bar. ꝙ non pt ciui-
tas imponere ſuo ciui vt moreꝛ̃ in tali loco nō
ſubdito. nec etiā pt interdicere ne vadat ad ta
lem locū non ſubditū ⁊ h̄ qū fit in penā illiꝰ ꝯ
quē ferꝛ̃ ſnīa. Secus ſi ſit ſtatutū ne ſubditi va
dāt ad talē locū nō ſubditū ꝓpter comoditatē
ciuitatis. vel ī odiū eoꝝ. ad q̄s iret qꝛ valet. fa
cit. l. ſi. ff. de decre. ab oꝛ. fa. Aut reſpicit certā
artē. puta ꝙ nō exerceat talē artē. ⁊ ſic n̄ por
rigiꝛ̃ ex territoriū. vt ē bonꝰ tex. in. d. l. ex ea. ꝑ
quā dicit bar. in. l. cūctos ꝑplos. C. d ſum. tri.
ꝙ ſtatutū ꝯtinēs ꝓhibitionē odioſam nō por-
rigiꝛ̃ in dubio ex territoriū. Et ideo dicit ꝙ fi-
lia q̄ ex ſtatuto non ſuccedit. cū tale ſtatutū ſit
odioſum. l. maximū viciū. C. de libe. pte. ꝙ ni
hilominꝰ pt ſuccedere ī bonis alibi ſitis. Et ſi
milit̃ puto ꝙ ſnīa ꝓuās aliquē bn̄ficijs ſuis in
dubio intelligeꝛ̃ de bn̄ficijs q̄ hꝫ in territorio
diſponētis. Aut reſpicit bona. puta qꝛ publi-
cat ea. ⁊ tūc ſi ſit de iure cōi. ſic porrigitur ad
bona ſita ex territoriū. ⁊ remanēt ibi tāqꝫ va
cantia. ſꝫ occupāꝛ̃ ꝑ iudicē territorij. ar. l. a di
uo pio. §. j. ff. de re. iudi. ⁊. l. cū vnus. ff. de bo.
aucto. iudi. poſ. Si xᵒ ſit de iure ſpāli. tūc dic
vt no. bar. in. d. l. cunctos ꝑplos. ⁊ qđ no. Io.
an. in. c. cū ſecūdū. de here. li. vj. vbi ꝯcluditur
ꝙ pena nō extēdiꝛ̃ vltra territoriū.

24 ¶ Utrū q̄s poſſit puniri in loco domicilij de
delicto alibi cōmiſſo. R. Pa. in. c. ꝫ. de fo. cō.
ꝙ ſic. niſi reqraꝛ̃ remiſſio ꝑ iudicē delicti quaꝫ
dꝫ facere ſi delictū ē atrox. alˢ nō ſi non vult.

25 ¶ Utrū mandās delictū fieri in alio loco de-
beat puniri vbi mādauit. vel vbi ꝯmiſſum eſt.
R. Pa. in. d. c. ꝫ. ꝙ cōis cōcluſio bar. ⁊ alioꝝ
ē in. l. ſi vt ꝓponit. ff. de fideiuſ. ꝙ vbi delictū
factū ē. qꝛ ibi deſtinatus ē effectus delicti. idē
dicas in teſte falſo q̄ dꝫ puniri ꝑ iudicē ad quē
eius atteſtatio trāſmittiꝛ̃. ſi ſciebat illuc debe
re trāſmitti. Poteſt tn̄ puniri in loco vbi deli-
quit. ⁊ locus erat ꝓuentioni ſi ābo iudices con
currāt. ſicut de illo q̄ de loco exempto mitteꝛ̃
ſagittā. vulnerauit aliū in loco non exempto.
vt in. c. j. de ꝓſump. ⁊ qđ ibi no. Sic ſimilit̃ ille
q̄ deliq̄t in cōfinibꝰ. qꝛ verū ē dicere in cuiuſli
bet territorio deliq̄ſſe. arg. l. arboꝛ. ff. cōi diui.
Secꝰ ſi igrabat illuc atteſtationē trāſmitti. qꝛ
tunc dꝫ puniri vbi deliq̄t. vbi agiꝛ̃ de pena fal
ſi: facit. l. exigere dotē. ff. de iudi. vbi attendiꝛ̃
locus ad quē deſtinaꝛ̃ effectꝰ mr̄imonij. Idē
dic de notario q̄ facit falſum inſtrumentum.

26 ¶ Quid de officialibꝰ deputatꝭ q̄ nō accuſant
q̄s inueniunt de nocte. ⁊ hmōi. R. ū. ꝙ peccāt
mortalit̃ ſi ſe obligauerunt ad accuſandū vel
pacto vel iuramēto. Si xᵒ nō ſe obligauerūt
nō peccāt nō accuſando. niſi faciāt in fauēdo
malis ꝯmittēdis. Et ſi q̄d accepeꝛ̃t ꝓ nō accu
ſando teneꝛ̃ illud reſtituere vl̄ fiſco. vl̄ illi cui
pēa erat applicāda. Et vltra eē̄ vſqꝫ ad cōple-
mētū pene exacte. ſi accuſaſſent. ſm doctrinaꝫ
Tho. xxij. q. lxvij. vt pꝫ. s. §. xviij. ī ſi. Fallit h̄ ī
crimīalibus. vbi eēt infligēda pena corꝑalis.
qꝛ ſi deſiſterent ex ꝯpaſſione eē̄ ſi aliq̄d accipe
ret ꝓ n̄ accuſando lꝫ turpit̃ acciperēt n̄ tn̄ tene
rentur illud reſtituere de neceſſitate.

PEnitentia ē xᵒtus q̄ ꝯmiſſa mala cū
emēdationis ꝓpoſito plāgimꝰ ⁊ odi-
mus. ⁊ plāgenda vlteriꝰ ꝯmittere no-
lumꝰ. magr̄ ī. iiij. ſen. di. xiiij. ⁊ eſt vnū de ſacr̄is
noue legis. q̄ bn̄ diſpoſitis ſꝑ peccā remittūtur
de ſum. tri. c. j. §. ſacr̄m.

¶ Pnīa. v. modis dr̄. ꝓma dr̄ ſolēnis q̄ impo 1
niꝛ̃ ſm illū modū. de q̄ in. c. in capite. l. diſ. quā
omitto cū hodie nō ſit in vſu.

¶ Scđa dr̄ publica q̄ fit in faciē eccie ⁊ publi 2
ce ⁊ differt a ſolēni. Cū in mō. qꝛ ī iſta nō ſua
tur ille modus de q̄ in. d. c. in capite. Cū eē̄ qꝛ
iſta pōt imponi a ſimplici cōfeſſore. ſm Guil.
Durā. Hoſ. ⁊ Io. ar. c. penitētes. l. di. ⁊. xxx.
di. ſi q̄s pſbr̄. de pe. ⁊ re. q̄ſitū. Nec ob. c. acce-
dētibꝰ. de exceſ. pl. vbi repꝛhendūꝛ̃ abbates. q̄
publicā pnīaꝫ imponebāt. qꝛ ibi accipiꝛ̃ publi
ca ꝓ ſolēni q̄ ſolū īponiꝛ̃ ab epō. et hoc veꝝ niſi
aliud hēat ꝯſuetudo. Item ⁊ tertio differt. qꝛ
iſta publica iteraꝛ̃ ſolēnis xᵒ nō pōt.

¶ Sꝫ q̄ro qū dꝫ īponi pnīa ſolēnis vl̄ publica 3

R̄n̄. Pa.i.c.q̄ſitū.de pe.⁊ re.ꝙ ꝓ delicto graui ⁊ ſcādaliſanti totā vrbē deberet īponi ſolēnis.d.c.in capite. Si v̄o ē graue ⁊ publicū ſed ñ ſcandaloſum tūc īponet̄ pnīa publica ſʒ ñ ſolennis.vt no.i.d.c.q̄ſitum.⁊ in.c.j.de pe.⁊ re. Si aūt ſit graue ſʒ occultū tūc nec ſolēnis nec publica dʒ imponi. Et iō reprobat ꝯſuetudinē illoꝝ q̄ mulierib⁹ ꝓ extinctōe pueroꝝ q̄s penes ſe habebāt in lecto īponūt publicā pnīam ⁊ vide euʒ in.d.c.j.⁊ in.c.ſtatuimus.de male.⁊ in.c.fi.de hi.q.fi.occi.

4 ¶ Quibus p̄t imponi. R̄ñ. ꝙ nec clericis nec religioſis nec etiā laicis inſignibus dʒ imponi.ar.d.c.in capite. Et h̄ verū niſi clericus ſit depoſitus.l.di.ꝯfirmādū.

5 ¶ Quis ē effectus pnīe ſolēnis. R̄.ꝙ laicus poſt eā nō p̄t ad ordīes ꝓmoueri.l.diſ.illud. nec cleric⁹ ad ſupiores.vt dr̄ ibidē.p̄t tn̄ epus diſpēſare ī ordinib⁹ mīorib⁹ ñ aūt ad ſacros.l.di.placuit. Itē ñ dʒ mr̄imoniū ꝯhere.pur ſi ꝯhit tʒ. Iuuenis tn̄ ñ ꝓhibet̄ ꝯhere. Itē nec miliciā aſſumere.xxxiij.q.ij.§.de penitētibus.⁊.c.antiq̄.cū alijs.c. Itē nec laicalē hitū deferre.l.di.c.vl. Itē dʒ viuere ſm regulā eccleſiaſticā.de pe.di.v.ꝯſtrin̄.⁊.c.ſe. Itē cōueniendus ē ſub eccleſiaſtico iudice.xj.q.j.alind.de pe.di.j.aliud. Itē fit infamis nō rōne pnīe.ſʒ rōne criminis publicati.q̄d veꝝ intellige qn̄ p ſnīam iudicis imponit̄. Secus ſi ex deuotione q̄s publicā pnīam facit ſm Ho.de officio Archipre.c.ij.

6 ¶ Tercia pnīa dr̄ priuata.⁊ dicit Sco.in.iiij.di.xiiij.q.j.circa fi.q.ꝙ de vi vocabuli penitere idē ē ꝙ penā tenere. Hec aūt nō tm̄ īportat paſſionē pene vt inherēti.ſed etiā actionē voletis reſpectu pene. Vn̄ pnīa actualis ē punitio volūtaria vel volūtas punitōnis.⁊ ī hac ē cōſiderare. Primo velle pctm̄ punire ſeu vindicare. Scđo ſe peccaſſe nolle ſiue peccatū deteſtari. Tercō punitōꝫ iā īflictā velle libere acceptare. Q̄rto penā īflictā patiēt̄ ferre. In q̄libet hoꝝ actuū ſaluat̄ ꝓprietas vacabuli hui⁹ penitere ⁊ in ipīs ꝓprie ꝯſiſtit ei⁹ ſignificatū.

7 ¶ De q̄bus pctīs dʒ hō penitere. R̄. ſm cōīt̄ theo.ꝙ de omnib⁹ peccatis mortalibus actualit̄ cōmiſſis.ſiue añ bapm ſiue poſt. De venialibus v̄o lʒ ſit expediēs.nō tn̄ ē ncc̄ria ad ſalutē in h̄ mūdo.niſi in doub⁹ caſibus. Prio rōne dubij.vtꝝ.ſ.mortale vel veniale ne periculo ſe exponat. Scđo rōe ꝑiculi qn̄ hʒ aliquā affectōnē venialē quā niſi reꝑmat dubitat ne trahat eū ad mortale.ſm.ſ. Bo.ī.iiij.di.xvj.q.ij.ar.ij.

8 ¶ Vtrū req̄rat̄ ſinglarit̄ de quolibet. R̄ñ.ꝙ ſic, de cognitis.ſ.cū de illis ſpālit̄ cogitat ⁊ tenet̄ ſpāliter de q̄libet cogitare vt peniteat ſi adſit opportunitas ꝓportionata fragilitati humane.alit̄ nō remittūtur de lege cōi. De incognitis vero ſi igrantia ē inuincibilis.vel excuſabilis.nō tenet̄ niſi in generali penitere.ſi v̄o ē craſſa vel inexcuſabilis.ſic tenet̄ in ſpāli penitere.q̄ꝛ tenet̄ dare operā vt ea coḡſcat ⁊ peniteat hec ex Ri.in.iiij.di.xvj.ar.iiij.q.ij.

¶ Vtrū poſſit agi pnīa de vno pctō mortali ſine alio. R̄.ꝙ nō.q̄ꝛ aut de⁹ totuʒ remittit aut nihil ⁊ iō oʒ peniteat de oībus.tex.ē ī.§.item.de pe.di.iij.ꝯcor. Ricar.ī.iiij.di.xv.ar.j.q.vj. Diſtinguō tn̄ ſic.q̄ꝛ aut loq̄mur de pnīa prout ꝑ eam remittit̄ culpa ⁊ recōciliat̄ hō deo.⁊ ſic cū radix ſatiſfactionis ſit vna.ſ.caritas q̄ ſecū nō ꝯpatit̄ pctm̄ mortale. Ideo ē veꝝ ꝙ nō p̄t fieri niſi de oībus fiat. Aut loq̄mur de pnīa ꝓut directe reſpicit ſatiſfactōem tpalis pene debite ꝓ pctīs iā dimiſſis q̄ ad culpā:⁊ ſic bene p̄t fieri de vno peccato ſine alio. 9

¶ Que ſunt partes penitentie. R̄ñ.tres.contritio.confeſſio.⁊ ſatiſfactio. 10

¶ Quarta dr̄ penitētia.ſ.illa q̄ a ſacerdote ꝓ peccatis confeſſis imponit̄.de iſta vide.s.confeſſio.vj.⁊.j.ſatiſfactio. 11

¶ Quinta pnīa dr̄ illa de q̄ dr̄ ꝙ reglarit̄ ꝓ q̄libet pctō mortali dʒ imponi ſeptēnis.xxxiij.q.ij.h̄ ipm.⁊ quō debeat intelligi. Pa.declarat in.c.accepiſti.de ſpō.duoꝝ.ꝙ dʒ iniūcto tpe ſemel bis vl̄ ter ieiunare in hebdomada.ſm diſcretionē ⁊ iudiciū ſacerdotis.⁊ facit q̄d no.ī d.c.h̄ ipm. Et ſic itellige oīa iura q̄ pnīam īponūt ꝑ nūeꝝ dieꝝ.ſeu ānoꝝ nō ſpecificādo modū in.c.accuſaſti.de accu.vr̄ velle ideʒ Pa.ꝙ cū ferie ſolēnes ſint.ij.iiij.⁊.vj.vt ī.c.pen̄.xj.q.iij.ꝙ ſacerdos dʒ īponere.vt his diebus ſingul̄ hebdomadis ieiunet ſic et ſatiſfactū ē ⁊ h̄ veꝝ niſi ex cā aliud diſpoſuerit ſacerdos vt in c.deus q̄.de pe.⁊ re.⁊ in.c.queʒ penitet.de pe.di.ij. Vn̄ cū hodie ſint arbitrarie.dicit Ho.ꝙ dʒ ſacerdos ī pnīa imponēda attendere q̄d expediat ad ſalutē peccatori.etiā ſolū imponendo vnū p̄r nr̄.facit.c.alligant.xxvj.q.vij.ſeq̄tur Pa.in.d.c.deus q̄.vbi bonus text.⁊ de h̄ vide. Confeſſio.vj. 12

¶ Vtrū ſacerdos poſſit diſpēſare in pena debita eā dimittendo. R̄ñ. Pa.in.c.ſicut dignū de homi.ꝙ ſic.vt ē pulcher tex.de pe.di.j.quē penitet. Et ideo bonū eſt vt ſacerdos in impoſitione penitētie diſpēſet cū cōfitēte circa reſiduū pene.ſi maior eēt imponēda vide ad h̄.s.indulgentia.§.v. 13

14 ¶ Utrũ pnĩa fcã in pctõ mortali ſit valida an ſit iterãda. R. q ſunt diuerſa opi. Ri.i.qli.j.q x.tꝫ q ſatiſfac̃ pcepto pfeſſoris.nec tenet̃ reite rare. ſꝫ nõ ſatiſfacit pene debite ĩ purgatorio. Alij diſtinguunt q pnĩe ex qbus manet aliqs effect⁹ poſt ſatiſfactõis actũ nõ ſunt iterãde.ſi cut ẽ ieiuniũ.elĩna.⁊ hmõi.alie aũt q nõ relin quũt aliquẽ effectũ cꝫ iterare vt orões ⁊ hmõi Sco.vbi i.iiij.di.xv.q.j.circa fi.q dic̃ q q vere ſemel penitet ⁊ recipit pnĩam cõdignã impo ſitã ſibi ab ecclĩa claue nõ errãte qñtũcũq po ſtea recidiuet.nõ tenebit̃ p illis pctĩs p quib⁹ illã pnĩam recepit.niſi ad illã pnĩam ſibi ĩpo ſitã ⁊ ſi illã ĩplet ĩ caritate ñ tm̃ ſoluit penã ſꝫ meret̃ grãm. Si ãt ĩpleat ex̃ caritatẽ volũtarie ſoluit penã ſꝫ nõ meret̃ grãm. Si vbo illa pena ab eo exigat̃ ex̃ caritatẽ pc̃a q̃dẽ ſoluit̃. ſꝫ ipſe nõ ſoluat.pma q̃dẽ ẽ ſatiſfactio ſimplr̃.qꝛ pla cãs ⁊ recõcilians.ſc̃da ẽ ſatiſfactio.qꝛ volũta ria redditio ſꝫ ñ ſimplr̃.qꝛ nec placãs nec recõ ciliãs. Tercĩ ẽ ſatiſpaſſio vltra quã ñ exigitur vlterior pc̃a. Ex q̃ ꝯcludit q ñ ẽ neceſſe talem pnĩam iterare.ſed ſolũ de pctõ poſtea ꝯmiſſo poit exẽplũ de eo q ꝯmiſit crimẽ p q pcuſſe me ret man⁹ abſciſionẽ.vñ ſi iſti inuito abſcinda tur man⁹ ſatiſpatit̃ ⁊ ſatiſfit regi ſufficiẽt̃.nec ſm iuſticiã coget̃ ad vlteriorẽ penã.q̃uis ñ re cipiat ĩ grãm ⁊ amicitiã.ſic m̃tomagꝭ vbi q̃s ſibi eã inſligit.vñ ſi tal̃ ꝯ̃t nouũ mortale po ſtea ꝯmiſſuꝫ,dãnaret̃.añq̃ totã pnĩam ĩpleuiſ ſet ñ puniret̃ et̃nalit̃.ſꝫ ſolũ pc̃a corrñte illi pe nitẽtie q ñ fuit,hic expleta ⁊ tpalit̃.qꝛ ex q̃ p iu ſticiã punitiuã ĩpoſita ẽ ſel̃ pc̃a tpal̃ hic p pec cato de q̃ vere penituit nũq̃ ei debet̃ niſi pena tpal̃.⁊ illa ſoluta nulla dẽtur alia p illis pec catis.ſꝫ tm̃ p alijs. Pa.vbi i.c.qõ q̃dẽ. de pe. ⁊ re.⁊ arch.de pe.di.iiij.§.vl. tenẽt q ñ valet. ſꝫ ẽ iterãda ſimplr̃. Sꝫ ego teneo cũ Sco. cui⁹ opi.vr̃ apte tenere gl.ſinglaris in.d.c.q q̃dã. vbi dic̃ q ſꝫ ñ valeat talis q ad vitã eternã.tñ valet ei qꝛ ſentiet fructũ ei⁹.cũ de alio crĩe pe nitẽtiã egerit.de pe.di.iiij.§.vl. vbi ec̃ gl. tꝫ q ñ tenet̃ talẽ pnĩam reiterare.⁊ has gl. cõit ſe quũt doc.⁊ cũ eis trãſeũt.ſꝫ arch. dicat cõiter tenere ꝯriũ ⁊ male.

15 ¶ Utrũ pnĩa ĩ articlo morꝭ dilata valeat. R. ſm oẽs q ſic p dcã Ezech. xviij. In q̃cũq ho ra ꝯuerſus fuerit pctor ⁊c̃. Sꝫ hora morꝭ ca dit ſub illo ſig q̃cũq.q̃ ⁊c̃. ſꝫ aduerte q ẽ val de pickoſuꝫ vſq ad illõ tp̃s expectare. Et p pterea dic̃ Aug.de pe.di.vij.i.c.null⁹.quẽ ſero penitet.oꝫ ñ ſolũ deũ timere iudicẽ.ſꝫ iuſtũ di ligere ñ tm̃ penã timeat ſꝫ anxiet̃ p glĩa. debꝫ cũ de crĩe dolere ⁊ de oĩ ei⁹ pdcã varietate hec ille. Sꝫ cũ hec cõit ñ adſint penitẽti ĩ extremiſ tñ qꝛ pncipalit̃ vt plurimũ ꝯuertũt̃ taleſ tiore morꝭ ⁊ ĩferni.pꝫ qꝛ niſi mors ĩmineret nõ cõ uerteret̃.⁊ iõ deficit pmũ necc̃riũ.ſ.q ñ ꝯuerti tur.qꝛ diligit deũ iuſtũ. Itẽ ꝯuertit̃ pncipalr̃ ꝓ̃t glĩam.ſꝫ ꝓ̃t penã euitãdã pꝫ ſi de pc̃a ñ timeret pſeueraret in malis vt pus. Itẽ cõit̃ deficit terciũ qꝛ cũ ſit q̃ſi ex̃ ſe ex ĩfirmitate nõ pt dolere de ſinglĩs pctĩs ſic̃ tenet̃ nec ꝯfiteri. Et iõ credo veriſſimũ dcm̃ Hiero.ĩ trãſitu vir inq̃t de centũ milia hoĩm.q̃ꝝ mala fuit vita in morte dĩnã ĩdulgẽtiã obtinebit vn⁹.hec ille.d materia pnĩe.vide.s.ꝯfeſſio.vj.

Percuſſio duplex ẽ.ſ.ſpalis q fit ma lo ⁊ inutili ſmone cũ.ſ. indiſcretus p latus inutili ſmone pcutit corda ĩfir moꝝ.⁊ hec ſp õ ſe ẽ mala ⁊ pctm̃ mortale.niſi aliq circũſtãtia excuſet̃.vt.xlv.di.c.vl. Alia ẽ pcuſſio corpalis q fit corpali manu vl̃ flagello vel ſimili vberando.⁊ hec ſi fit ex malicia vel odio ẽ pctm̃ mortale.niſi eẽt in modico ⁊ leui. pꝫ h in.c.j.xlv.di.iñcto.c.epm.ibidẽ ⁊ in.c.j.d clerico pcuſſore.qꝛ ſi ẽ clericus dꝫ deponi q ñ fieret.niſi eẽt mortale pctm̃. Si vbo fiat ex ca ritate ⁊ cã correctõnis ⁊ moderate ſic licita ẽ ⁊ meritoria in oĩbus ptãtem hñtibus in ſub ditos ſuos.xlv.di.cũ btũs.ita tñ q m̃tem pie tas ptem vbo diſciplina ſubditis platũ exhibe at.vt.xlv.di.diſciplina.

¶ Utrũ clerici poſſint vberari. R. q epus ne minẽ dꝫ vberare ꝓ̃prijs maĩbus.lxxxvj.diſ.ñ liceat. Alij vbo plati pñt clericos in minorib⁹ i
ordinibus p leuibus etiam culpis verberare. xlv.di.§.ſalomõ,dũmõ fiat p eũ ad quẽ ptinet de ſen.ex.c.cũ volũtate.§.vlti. In ſacris vero exñtes verberari nõ debẽt.niſi in maioribus criminibus.xxxv.di.c.añ oĩa.⁊.d.c.cũ btũs. ali oquin eẽnt excõicati.ar.a ꝯtrario ſenſu ĩ.d.c. cũ volũtate.in.§.ſi q vbo.⁊ de h.s.excõicatio. v.caſu.j.⁊ quõ pñt h p alios clericos facere.ñ p laicos.⁊ ibi ponũtur multi caſus in quibus poteſt pcuti ſine excõicatione.

¶ Utrũ religioſi ſimilit̃ poſſint verberari. R. 2
q ſic a ſuis platis.etiã p leuibus culpis.c.re phenſibilis.de appel.⁊ de accu.c.qlit̃ ⁊ qñ.in fi. Similit̃ pñt p alios regulares vel clericos ſeculares.nõ p laicos.niſi qñ ſunt incorrigibi les.vt.s.in.d.caſu.j.

Peregrinus dicitur ꝓ̃prie qui cauſa deuotionis alienas viſitare vadit ec cleſias.aut ſanctorũ reliquias.vt no.ĩ c.romipetas.xxiiij.q.iij. Et tales ſunt ſub p

tectione eccíe. de treu. ⁊ pa. c. innouamus. Et
q̄ tales rebus ſuis ſpoliat dꝫ excōicari. vt i. d.
c. ſi q̄s romipetas. ⁊ duobus. c. ſe. Hodie ꝟo ꝑ
ꝓceſſum curie ſunt excōicati ip̄o facto. ⁊ a pa
pa ſolū abſoluūtur q̄ romipetas ſpoliāt. Itez
no. ꝙ accedētes ad ſedē ap̄licā interim cū re
bus ſuis ſub ap̄lica ꝓtectione conſiſtūt. ex̄ de
ꝑegrinis. c. vnico. Vn̄ iſtud ē vltimū refugiuꝫ
illoꝝ q̄ grauant̄ ab aliq̄ delegato vt arripiant
iter ad ſedē ap̄licam. q2 ſuſpendūt ei⁹ iuriſdi
ctionē. vt in. d. c. vnico.
1 Quid fiendū de rebus eoꝝ ſi moriunt̄ i via
R. Ho. ꝙ q̄cūq3 aīo retinendi accipit eas vel
aliq̄d eoꝝ mortaliter peccat. q2 ſunt reſtituen
de de heredibus eoꝝ ſi pn̄t ſciri. vel pauꝑibus
erogāde ſi ignorātur vel ſi forte non inueniunt̄ q̄
eas deferat ad heredes nec ſꝑatur in breui in
ueniri. Nec valet ſm Ho. conſuetudo vel ſta
tutū in contrariū.
2 Peregrinus clericus quis dicat̄ vide. s. or
do. iij. §. xvj.
3 Quō dꝫ admitti. R. ꝙ oꝫ hēat lr̄as ꝯmēda
ticias ſeu teſtimoniales vel pape vel ſui ep̄i.
⁊ ſic p̄t admitti. ſi mō ſigillū ꝓprij ep̄i ſit notū
ar. de ꝑbē. cū ſecūdū. ⁊ de cenſi. ſopite. Si ꝟo
nō ſit notū oꝫ ſit ſigillū q̄nq3 ep̄oꝝ. de cler. ꝑe.
c. j. Et ſi nullū ꝑlatoꝝ eēt notū. tūc vbi p̄t ꝑiu
diciū magnū generari nō credit̄ eē ſi centū ba
beret ſm Inno. in. c. tua. co. ti. Sed vbi nullū
ꝑiudiciuꝫ p̄t euenire. puta vult celebrare in ſe
creto ex deuotione. ſic admittit̄ etiā ſi nullā fa
ciat fidē ſm Ho. in. c. tue. eo. tit.
4 Quid ſi dicat ſe lr̄as amiſiſſe. R. ſi ꝓbat ꝑ
duos teſtes amiſſionē ⁊ nō tenorē eaꝝ. ⁊ ꝙ ſi
ne vicio fuerūt admittit̄ de ꝑuile. c. cū olim. in
fi. no. ber. in. c. j. eo. ti.
5 Utrū recipientes ad ordines ꝑegrinū ſine
licentia ſui prelati incurrat aliquā penaꝫ. dic
vt. s. irregularitas. §. xxxij.

Periculum vbi ē ibi ⁊ lucrū colloca
ri debet. l. fi. §. ſed cū in ſecūdaꝫ. C. de
fur. ⁊. C. de ca. tol. l. vnica. §. ꝓ ſecun
do. ff. de re. iur. l. ſm naturā.

Periurium ſm Ho. ⁊ Hoſtꝛ. dr̄ qua
druplex. Primo modo falſa iuratio ⁊
ſic pōt eſſe triplr̄. Primo q2 ē falſitas
ex ꝑte iurati. ſicut cū quis iurat falſum qd̄ cre
dit eſſe veꝝ. ⁊ ſi debita diligentia eſt adhibita
nullū eſt peccatū. xxij. q. ij. homines. Si ꝟo nō
eſt adhibita omnis. ſed tn̄ aliqua. ſic eſt pctm̄
veniale. Si ꝟo ꝓueniat ex ignorātia craſſa vl̄
ſupina iuris vl̄ facti ē pctm̄ mortale. ſm Ray.
alleg. xxij. q. v. q̄ periurat. concor. Io. an. poſt
Tancre. in. c. tua nos. de iureiuran. ⁊ Car. in
cle. j. de iureiur. Item excuſat a pctō mortali
in ꝑiurio ꝓbabilis error ſm Pa. i. c. tua nos.
de iureiur. puta cū q̄s credens hr̄e rōnabilem
cauſam appellādi appellat lꝫ ꝑus iurauerit nō
appellare. ar. c. ſacro. de ſen. excō. ⁊. c. q̄ntaual
lis. de iureiurā. Secūdo falſa iuratio ē ex ꝑte
iurātis tantū. vt cuꝫ q̄s iurat veꝝ credens eſſe
falſum qd̄ iurat. Tercio ex ꝑte vtriuſq3. ſ. cum
q̄s iurat falſuꝫ ſciēs eē falſum. Et iſtis duob⁹
modis ſi fiat iocoſe ē peccatū veniale ſm Hoſ.
xxij. q. ij. ꝙ ait. ⁊. c. vltimo. ſm ꝟo theologos ē
peccatū mortale ꝓpter irreuerentiā dei. Poſ
ſet tn̄ dici ꝙ mendacium iocoſum nō ſit ꝓprie
mendaciū. vt in. d. c. ꝙ ait. Ideo poſſet teneri
opi. Hoſ. ꝙ nō peccat mortalit̄. q2 nō ꝓprie ꝑ
iurat. Sed opi. theo. ē tutioꝛ. multomagis pec
cat ſi fiat ſerioſe. xxij. q. ij. hoīes. Q. ō tn̄ ſic li
mitat. ſ. Ho. ⁊ Ric. in. iij. di. ix. ſi deliberat de
dicto ꝯfirmando ⁊ iuramento per qd̄ eſt ꝯfir
mandū. Secus eſſet ſi deliberaret de dicto. ſꝫ
nō de iuramēto. q2 ſic nō peccat mortaliter. lꝫ
ſit veniale graue. Similiter ē peccatū veniale
qn̄ de neutro deliberat. ſed totū ꝓfert ex ſurre
ptione. niſi q̄s deliberare poſſet. ⁊ tn̄ ꝯtemne
ret. quia ſic mortaliter peccaret. etiā ex ſurre
ptione ꝓpter ꝯtemptū. Datur etiā alia limita
tio. ſm. Pe. Aureo. ea. di. Si iuramentuꝫ fit ꝑ
ea ꝑ q̄ homines conſueuerūt iurare. qn̄ volunt
veritatē infallibilē aſſumere in teſtimoniū di
cti ſui vltimatū. Secus eēt ſi aſſumeret̄ ſignū
qd̄ nō ē ad tale teſtimoniū inſtitutū. ⁊ ſine ani
mo iurādi intellige qn̄ iurat ꝑ deū ſicut cōiter
iuratur. q2 ſic nō eēt peccatū mortale ſm eum
quod no. q2 facit pro iſtis mulieribus q̄ iurāt
ꝑ meā fidē in veritate ꝑ iſtū ignem ⁊ hmōi. vt
non peccēt mortaliter cū ꝑiurāt. q2 nec iurare
intendūt. nec q̄bus iurat̄ accipiūt ꝓ iuramēto
Scdo mō dr̄ ꝑiuriū iuramēti trāſgreſſio. ⁊ 1
ſi iuratio fuit ſup re mala. vt nō ire ad eccīam
⁊ ſimilia. ſic peccauit mortaliter iurādo. ⁊ te
net̄ de ꝑcepto facere oppoſitū. xxij. q. iiij. c. j. ij.
iij. ⁊. iiij. Q. ō limito de re mala de pctō morta
li. ſec⁹ de veiali. de q̄ dic vt. s. iuramētū. v. §. ij
Si ꝟo fuit ſup re ſuperogatōis. ſic ſilr̄ pecca
uit mortalit̄ iurādo. Sꝫ nō tenet̄ facere oppoſi
tū. q2 nō tenet̄ itrare religionē q̄ iurauit nō intra
re. nō tn̄ tenet̄ iuramētū ſuare. hec Aureo. Si at̄
iuramētū ꝓmiſſoriū erat licitū ⁊ obligatoriū
ſic peccat mortalit̄ ꝑiurādo. ſ. nō ſuādo qd̄ iu
ramēto promiſit. Fallit hoc in. xxvij. caſibus.
in quibus nō obligat. de quibus vide. s. iura
mentum. v.

2 ¶ Tercio mō dr̄ piurium indiſcreta iuratio.ſ.
cū q̄s iurauit ſine iudicio diſcretionis cōſide-
rando qd iuret.⁊ vtrū ſit vex vel ſeruabile. et
ſic ſm̄ Hoſtie.ē pctm̄ veniale.xxv.di.§.crimi-
nis.in fi.Per.ꝓo in.c.tua.de iureiur. dicit ꝙ
ſi fiat cū deliberatione ſic eſt pctm̄ mortale.de
iureiur.ſicut ex lr̄is. Si ꝓo iocoſe ⁊ icaute.ſic
eſt pctm̄ veniale.xxv.di.§.alis ea demū.⁊ cum
her.cōcor.ſ.Ho.Ri.⁊ theo.i.iij.di.xxxix.
3 ¶ Quarto mō dr̄ piuriū affirmatio dubitatō
nis.vt cū q̄s illud de q̄ dubitat aſſerit cū certi
tudine efficaci iuramento ꝯfirmata.⁊ ſic pec-
cat mortaliter ſm̄ Aureo. Secus ſi aſſereret il
lud humano mō ſicut pt̄ ſciri in talibus.ſicut
rn̄det ordinādis q̄ntū pmittit humana fragi-
litas.q2 nō eēt mortale ſm̄ eundē Aureo.
4 ¶ Quid de illo q̄ iurat ꝑ ꝟbū credo.cū tn̄ ī ve
ritate nō ſic credat. R.ꝙ q̄ ad deū piurus ē et
peccat mortaliter.ƺ q̄ ad forū ꝯtentioſum non
etiā ſi ꝓbaretur poſtea ꝯriū eius ꝙ iurauit.vt
no.Pa.in.c.ex lr̄is.de iureiur.⁊ facit.c.cū ipo
ſitionibus.de iureiur.li.vj.Rō q2 nemo pt̄ da
re teſtimoniū de cōſciā alterius.niſi ipe cuius
ē ⁊ deus.
5 ¶ Vtrū credēs cōuenire iuramēto q̄ tn̄ nō fa
cit.exēplū ꝑ credebā ſatiſfactū creditori cui iu
rauerā cū tn̄ foret ſatiſfactū peccet mortaliter
R.ꝙ ſic.ſm̄ no.p Pa.i.c.q̄nto.de iureiur.
6 ¶ Vtrū oīs piurus ſit infamis. R.Pa.in.c.
teſtimonium.de teſti.ſm̄ leges diſtinguit. Aut
q̄s iurauit de pterito vel de pn̄ti.⁊ ſic nō effi-
citur infamis ipo iure.ƺ falſū iurauerit.p.l.
i.ij.⁊ vl.ff.de crimi ſtellio.⁊ ſic intellige.c.cū
dilectus.in.fi.de or.cog.Si tn̄ ꝯdemnaret̄ effi
ceret̄ infamis.nō tm̄ rōne iuramēti q̄ falſita-
tis.Si ꝓo iurauit de futuro ⁊ nō ſeruauit.tūc
ſi iurauit ſibi vel deo nō efficit̄ īfamis. Secus
ſi iurauit ei cū q̄ ꝯtrit ꝯueniēdo iuramento vel
pactioni.q2 ſic efficit̄ infamis. et ſic intellige
l.ſi q̄s maior.C.de trāſac.⁊ hoc voluit in effe
ctu gl.⁊ bar.in.l.luci⁹.ff.de his q̄ no.īfa.Sen-
tit Jo.de lig.i.d.c.teſtimoniū.⁊ Archi.in.c.
auctem.xv.q.vj.⁊ i.c.puuli.xxij.q.v.⁊ placet
etiam de iure canonico cū non reperiā ꝯriū.
¶ Vtrū vis vel metus excuſet a pctō morta-
7 li piuriū.R.ꝙ in iuramēto aſſertorio cōit̄ te-
net̄ ꝙ nō.c.ſacris.qd metus cā.q2 nullus pōt
abſolute cogi ad iuramentū falſum. Sed in iu
ramento pmiſſorio fuit diuerſitas tho.xxij.q.
iij.ar.j.⁊ Rica.vbi.s.ar.ij.q.iij.⁊ multi alij te
net ꝙ peccat mortalit̄ ſi nō ſeruat. Ad.c.vex.
de iureiur. Rn̄.ꝙ loq̄tur in iudicio fori.Pe.
Aureo.vbi.s.tenet ꝙ peccat venialit̄.⁊ h ſeq̄
tur Jo.an.⁊ multi alij ⁊ placet.⁊ vide.s.iura
mentum.v.§.xx.cū duobus ſe.
¶ Q.d ē grauius piuriū vl̄ hōicidiū. R.q̄daƺ 8
dicūt ꝙ piuriū ē grauius pctm̄.q2 eſt ꝯ rōnis
ordinē directe ⁊ immediate reſpicientē deuƺ.
⁊ hōicidiū ꝯ ordinē reſpicientē ꝓximū.Alij ꝯ
vt Ri.vbi.s.q.iiij.ar.j.ꝙ nō ſit grauius. Rō
q2 homicidiū directe ꝯriatur actui ⁊ ꝟtuti di
gniori.ſ.caritati reſpectu actus ſecūdarij.ſ.di
liges ꝓximū. Periuriū aūt directe ē ꝯ actum
ꝟtutis latrie.ƺ caritas ē nobilior q̄ latria.q2
nobilius ē ꝓximū diligere q̄ vex ex cā legiti-
ma iurare.ḡ ē grauius homicidiū q̄ piuriū.⁊
magis placet.⁊ pmā rōem dico negandā ſim-
plicit̄.q2 ſic ſeq̄ret̄ ꝙ laborās in feſto grauius
peccaret q̄ hōicida.qd nō ē vex. Vex ē ꝙ piu
riū ē grauiſſimū poſt homicidiū. Ideo īponi-
tur penitentia qd ieiunet.xl.dies ī pane ⁊ aq̄.
⁊.vij.ſequentes annos peniteat.⁊ nūq̄ ſit ſi-
ne penitentia.vj.q.j.quicūq̄.⁊.xxij.q.v.ſi q̄s
ſe periurauerit.
¶ Vtrum ſit grauius piuriū adulterio.Rn̄. 9
Ri.vbi.s.ar.ij.ꝙ ſic. Rō q2 peccatum dr̄ gra-
uius ꝙ corrūpit ordinē digniorƺ. Certū ē tn̄
ꝙ ille ordo ē dignior ⁊ dƺ eē hōis ad deū ime-
diate ⁊ directe.q̄ ille qui debet eē ad deum ⁊
ad ꝓximū mediante ꝓximo.primus aūt ordo
corrūpitur p piuriū.ſecūdus p adulteriū.nec
perfectius corrūpitur ſecūdus p adulteriū q̄
primus per piuriū. Adulteriū non eſt propin-
q̄us maxime iniurie q̄ poſſit eē ꝯ deū imo ecō-
uerſo.piuriū ē ꝓpinq̄us blaſphemie.q̄ ē ꝯ deū
ex odio eius q̄ adulteriū homicidio.
¶ Vtrū peccet etiā pſona priuata q̄ exigit iu 10
ramentū de eo ꝙ neſcit.ſed dubitat de verita-
te. Rn̄.ſm̄ Augu.q2 hoc ex humana infirmita
te ꝓcedit ꝙ non peccat. Sed ſi ſcit veritatē ⁊
cogit iurare quē ſcit falſum iuraturum peccat
mortaliter.xxij.q.ij.qui exigit.qd intellige vt
s.iuramentū.iij.§.xj.
¶ Vtrum clericus nulla ſocietate coactus ve 11
niens.ꝯtra ꝓpriam ꝓmiſſionem vallatam fi-
dei interpoſitōne ſit priuandus ſuo beneficio
R.tenet Jo.ber.⁊ Hoſ.in.c.q̄relam.ne plati
vices ſuas. Pa.in.c.q̄relam.de iureiur.ꝙ de-
bet priuari q2 ſic ē periurus qui fide interpoſi
ta ꝓmiſſum frangit ſicut qui piurat.⁊ cū piu-
rus ſit priuandus beneficio ⁊ deponendus ab
ordine.vt ꝓbatur in.c.cum non ab homine.de
iudi.ſic ⁊ frangens ꝓmiſſuƺ fidei interpoſitio
ne vallatum. Archid.in.c.iuramenti.xxij.q.v.
tenet ꝙ nō.q2 nō ē ita graue pctm̄ ꝯtrauenire
ꝓmiſſioni tali ſicut iuramento.⁊ cū Archid.

eſt do. Anto. ⁊ magis placet cũ nõ inueniat̃ ta
lis pena expꝛeſſa ſicut contra ꝑiuros. Et q̃ dr̃ia
ſit inter fidei interpoſitõnẽ ⁊ iuramentũ. vide
iuramentum. j. §. vj.

12 ¶ Utrũ collatio fcã de bñficio eccĩaſtico ꝑiu
ro ſit nulla ipo iure. R. Pa. i. d. c. q̃relã. de iu
reiur. ꝙ ſic. de re. iur. in famibus. li. vj.

13 ¶ An aũt ꝑiurus cũ ſit infamis ꝑdat ipo iure
bñficiũ. vide. s. infamia. §. ix.

Permiſſio quot modis accipit̃. vide
j. vſura. ij. §. xiiij.

Permutatio ẽ vnius rei certe ꝓ alte
ra re certa vicaria pſtatio. C. de re. ꝑmu. l. j. in
glo. Et nota ꝙ permutatio non inuenitur niſi
in genere ⁊ ſic adaptat̃ contractibus nomina
tis ⁊ innominatis ſm qd̃ not. j. Rñ. eo. tit. ff. ⁊
C. vnde quando datur vna ſpecies pro altera
ſic eſt ꝯtractus innominatus. ⁊ nõ ꝑmutatio
in ſpecie. pro hoc text. in. l. naturalis. §. j. ff. de
pſcrip. verbis. Glo. tñ ⁊ Bal. in. l. j. C. eo. di
cunt ꝙ immo inuenit̃ ꝑmutatio in ſpecie. ſ. qñ
dat̃ ſpẽs certa ꝓ ſpecie alia certa. puta iſte li
ber valẽs centũ ꝓ illa poſſeſſione eiuſdẽ precij
Sʒ qñ dat̃ genus ꝓ genere vel ꝓ ſpecie. vel ſpe
cies ꝓ genere. tunc ẽ ꝯtractus innominatus.
non ꝑmutatio in ſpecie. ⁊ ſic intelligũt. d. l. na
turalis. ⁊ ẽ verius q̃ꝫ primũ.

1 ¶ Quomõ ꝯtrahitur ꝑmutatio. R. re ꝑ inter
uentu. nõ ex ſolo pacto qꝛ ex ſola ꝯuentõne ꝑ
mutatõnis nulla re hinc inde ſecuta neutri cõ
petit aliqua actio. C. eo. l. ex placito. qꝛ eſt nu
dum pactũ. vt no. glo. in. d. l. j.

2 ¶ Utrũ ſtatutũ loquens de emptione habeat
locũ in permutatione. Rñ. ꝙ in ſtatutis iuris
cõis. appellatione vẽditionis venit ꝑmutatio
ſm Nico. de neapo. in. l. j. §. ſi quis in fraudeꝫ.
ff. ſi qd in fran. patro. ⁊ Guil. de cuneo. i. l. de
quibus. ff. de le. dicit ꝙ omnia q̃ de iure cõmu
ni loquũtur in venditione habent locũ in ꝑmu
tatione. facit. c. j. de his q̃ fi. a pla. in verbo vẽ
dere. vel ꝑmutare. In ſtatutis ꝟo municipa
libus. tũc ſi eſt odioſum nõ habet locũ. Si ꝟo
eſt fauorabile. ſic habebit locũ. ⁊ ſic ꝯcoꝛ. iura
que videt̃ur diuerſa ⁊ doc.

3 ¶ Utrũ ꝑmutatio bñficioꝝ poſſit fieri ſine au
ctoꝛitate ſupioꝛis. R. ꝙ nõ. d. c. q̃ſitum. de ex
ceſ. pla. c. ſicut vnire. de cenſi. ꝓhibemus. de p̃
ben. maioꝛibus. ⁊ qui pꝛopꝛia temeritate hãc
ꝑmutationẽ fecerint priuandi ſunt. eo. ti. cum
olim. Fallit h̃ qñ agit̃ ſoluʒ de ꝓprietate. puta
cũ duo epĩ litigãt ſup aliq̃ eccĩa quaʒ vnꝰ dicit
debere eſſe ſibi ſubiectã alt̃ poſſidẽs negat. ſic
poterit fieri ꝑmutatio ꝙ vnꝰ hẽat vnã eccĩam
ſibi ſubiectã alter alteraʒ. Secus ſi ageret̃. vt
talis in tali bñficio reciperetur. vl' inutiliter. qꝛ
non poteſt ſine auctoꝛitate ſupioꝛis.

¶ Utrũ clerici poſſint inire tractatũ de ꝑmu 4
tatione pbendaꝝ vel dignitatũ ⁊ alioꝝ eccle
ſiaſticoꝝ bñficioꝝ. R. ꝙ ꝯuentionẽ int̃ ſe face
re non pñt. vt in. d. c. q̃ſitũ. Tractatũ aũt inire
pñt. dũmõ pꝛomiſſionem vel pactionem nõ
faciant. ⁊ de hoc habes tex. cuʒ glo. in c. j. in
verbo volentibus. eo. ti. ⁊ tenet Jo. an. in ad
di. ad ſpe. in. Ri. eo. ⁊ in. c. j. eo. t. li. vj. ⁊ Pa.
in. d. c. q̃ſitũ. Rõ quia tractatus non includit
deliberatũ ꝯſenſum. c. fi. de his q̃ fi. a ma. p̃te
ca. ⁊ ideo poſſunt tractare. ſed nõ ꝯcludere ſʒ
ſupponere ſe diſpoſitioni ſupioꝛis ad quem ꝑ
tinet talis collatio. Inno. tamẽ in. d. c. q̃ſitũ.
tenet ꝙ pbende eiuſdem eccĩe ⁊ eiuſdem qua
litatis pñt etiam ꝑmutare ſine auctoꝛitate ſu
perioꝛis. lʒ ꝯtrariũ teneãt Ho. ⁊ Jo. de lign.
in. c. fi. eo. ti. qd̃ eſt tutius. lʒ Inno. opi. poſſit
teneri poſt factũ. ſm Jo. de Imol. Multi tñ
docto. tenẽt ꝙ nec etiã tractatũ in ꝑmutatõe
beneficioꝝ poſſunt habere. ſed mihi nõ placet
tum quia epũs aut alius pꝛelatus ad quẽ ſpe
ctãt nõ poteſt dictã ꝑmutatõnẽ facere ſine eis
quoꝝ ſunt ſm do. Anto. in. c. j. eo. niſi ex neceſ
ſitate vel ex cã ſm glo. in. c. j. de re. eccl. nõ ali.
q̃ tamẽ nõ ſm aſſertionẽ epĩ credet̃ ſm Guil. i
c. j. de elec. ſed opoꝛtet ꝓbetur. ⁊ ſic patet ꝙ
opoꝛtet eos pꝛius tractare aliter eſſent beſtie.
tum etiã qꝛ niſi pꝛius tractarẽt nũq̃ꝫ conueni
rẽt añ p̄latũ ꝓ ꝑmutatione fienda.

¶ Utrũ auctoꝛitas ꝑtineat ad epũm de ꝑmu 5
tatione ſuoꝝ inferioꝝ. R. ꝙ nõ. niſi ad ipm ꝑ
tineat collatio vel inſtitutio illoꝝ bñficioꝝ. ſʒ
ꝑtinet ad eũ ad quẽ collatio vel inſtitutio ꝑti
net. ar. c. ad h. §. fi. de officio Archi. ⁊ in. c. ſup
eo. in fi. de offi. dele. Si ꝟo ad vnũ ꝑtinet ele
ctio. puta ad canonicos ⁊ ad alium ꝯfirmatio
neceſſario req̃ritur ꝯſenſus eoꝝ q̃ hñt eligere
ſm Jo. an. ar. d. c. ad h. Si aũt epũs ꝑmutet cũ
capitulo req̃ritur auctas Archiepi. c. j. de re.
ec. nõ alie. cũ ꝟo ꝑmutare vult cũ alijs ſufficit
ꝯſenſus capl'i ſui ſm Ho. Qñ ꝟo ꝑtinet ad ſu
perioꝛẽ ⁊ ad capl'm collatio. ſic req̃ritur ꝯſen
ſus vtriuſq̃ꝫ nec põt capl'm per ſe niſi qñ ſedes
vacat. de ma. ⁊ obe. c. his q̃. ⁊. c. cum olim. ⁊. c.
vnico. de ma. ⁊ obe. li. vj.

¶ Utrũ poſſit dari pecunia ꝓ recõpenſatõne
maioꝛis beneficij cõmutati ſine ſimonia. Rñ. 6
Pa. i. c. ad q̃ſtiões. eo. tit. ꝙ ſic. ſi pecunia det̃ i
recõpẽſatõe ꝓuẽtuũ tpaliũ ñ ſpũaliũ. qꝛ ſi oc
caſiõe ſpũaliũ iuriũ de qbꝰ plus hʒ vna eccĩa

q̄ȝ alia pecunia tribuat̄ ſimonia erit. puta qꝛ
habet maiores auctes in adminiſtratōe ſpūa
liū. ⁊ hmōi. Et iō ꝯclude ꝙ tria reqruntur. vt
licita ſit permutatio bn̄ficioꝝ eccleſiaſticorū.
Primo ꝙ nō paciſcātur. ſȝ ſolū hēant tracta-
tū ptes. Secūdo ꝙ nō fiat ſine auctē ſupioris
ꝑmutatio. Tercio ꝙ aliq̄d tp̄ale non det̄ ꝓ re-
cōpenſatione ſpūalis. puta maioris auctis vl̄
adminiſtrationis ſpūalis et hmōi exiſtētis in
alio beneficio in quo fit ꝑmutatio.

7 ¶ Vtrū hn̄tes expectatiuas pape poſſint per
mutare. R. Pa. in. c. cū olim. eo ti. ꝙ non. quia
ſunt grē ꝑſonales. ⁊ nō excedūt ꝑſonā cui con
cedūtur. c. ſi cui. de p̄ben. li. vj.

8 ¶ Vtrū tales hn̄tes expectiuas ad ꝑmavacā
tia poſſint impedire ꝑmutationē. R n. ꝙ non.
c. lȝ. eo. li. vj. immo ſi talia beneficia cōferant̄
aliꝭs q̄ȝ ipis ꝑmutare volētibus nō valet ipo
iure. cle. vnica. eo. ti.

9 ¶ Vtrū mācipia eccīe poſſint ꝑmutari cū mā
cipiꝭs puatoꝝ. R. ꝙ nō niſi ad h̄ vt libera fiāt
c. mācipia eo. qđ ē veꝝ ſm Ho. niſi vbi expedi
ret eccīe cuȝ donari poſſint. qđ ē fortius. xij. q.
ij. eccīa. ⁊ qn̄ fit ꝑmutatio oportet dentur duo
aliꝭ. ea. q. c. ep̄s q̄ mācipia.

10 ¶ Vtruȝ ſui fugitiui ꝑmutari poſſint. R. ſm
Inno. i. c. mācipia. ꝙ ſic. ⁊ diſtrahi. c. iniuſtū
eo. ti. qđ veꝝ ē patefacto vicio emptori ſm her.
⁊ poſtq̄ȝ redierūt. ſȝ i fuga dū ſunt vēdi vl̄ per
mutari n̄ pn̄t. C. ad. l. fau. de pla. l. in fuga.

11 ¶ Vtꝝ ꝑmutatōes q̄ fiūt a mercatorib⁹ de la
na ad pannū ⁊ hmōi liceāt. R. ꝙ ſic. dummō
fraus ⁊ dol⁹ n̄ interueniāt. ⁊ ea q̄ dicta ſunt in
c. emptio. §. vij. Itē ꝙ nō fiat ad dānū tercij.
ſic̄ fit qn̄ dat pānos textorib⁹ ꝓ mercede labo
ris. ſi inde grauet̄ laborator illicitū ē. ⁊ reſti-
tuere teneret̄. niſi a pncipio ſic ꝯueniſſent. vel
ſic eēt cōſuetudo damni tm̄ de panno.

Perplexitas ē dubiū. de q̄ dic. vt. s.
dubium.

Pertinax ſm Iſido. li. ethimologia-
rū dr̄ q̄ ē imprudent̄ tenens q̄ſi omnino tenax.
qꝛ in ſuo ꝓpoſito q̄ſi ad victoriā ꝑſeuerat pluſ
q̄ȝ oportet. ne videat̄ min⁹ ſapiēs q̄ȝ aliꝭ. ⁊ op
ponit̄ ꝑſeuerātie ſm Tuliū in Rethorica ſua.
quia ꝑſeuerans quantū oportet. ſtat pertinax
pluſq̄ȝ oꝫ. mollis ꝟo minus q̄ȝ oꝫ. vn̄ ſi q̄s fir-
mat ſe i ſua ſn̄ia. ꝙ etiaȝ ſi eccīa determinaret
ꝯriū. vel in eo qđ ptinet ad fidē. vel bonos mo
res. tenet oppoſitū eius qđ dr̄ a doctorib⁹ mor
talit̄ peccat. ⁊ ſapit hereſim. di. viij. q̄ contēta
al's niſi p accidēs rōne ſcandali ptinac. a nō ē
peccatum mortale.

Perſeuerancia ſm Tuliū in Retho
rica ſua eſt in rōne bene ꝯſiderata ſta-
bilis ⁊ ꝑpetua manſio. ſine ipſa nihil
valet velociter currere. de pe. di. iij. incaſſum.
⁊ ꝓpterea laudat̄. vij. q. j. ſuggeſtū.

Perſona miſerabilis q̄ dicatur. vide
s. miſerabilis.

Perſonatus vide. s. dignitas. in p̄n.

Pietas accipitur aliqn̄ pro cultu di-
uino. Vn̄ pietas idē ē qđ religio lati-
ne. grece aūt latria ſeu theoſebia. vn̄ ꝓprie pie
tas eſt theoſebia. i. cultus dei interior. qui pro
prie ptinet ad ſeruitutes theologicas. Reli-
gio ꝟo eſt latria que ptinet ad ſeruitutē diui-
nam exteriorē. iſtud elicitur ab Aug. x. de ciui.
dei. c. iiij. Aliqn̄ ꝟo accipit̄ pro miſericordia.
mānſuetudine. ⁊ clementia. de quo vide. s. mi-
ſericordia. ⁊ ſic dic̄ q̄dā reuelatōem indigen
tie ꝓximi ⁊ ꝯpaſſionē i ei⁹ calamitate. ⁊ ſic ac
cipit̄. j. Thi. iiij. pietas ad oīa valet. Sup quo
Ambro. pietatē ſeq̄ns inq̄t. ſi lubricuȝ carnis
patiat̄ vapulabit tn̄ ſn̄ ꝑibit. qꝛ p h̄ ꝙ aliq̄s pi
etatis opib⁹ vacās i pctō mortali ſe diſponit
ad grām vt nō facile ꝑmittat̄ in ꝑditōem ire.
⁊ de iſta dr̄. xxij. q. ij. ſi q̄libet. xlj. di. §. j.

Pignus dicitur a pugno. vn̄ proprie
dr̄ pignus res mobilis tradita de pu-
gno ſeu manu ad pugnuȝ ſeu manum.
ff. de ver. ſig. l. plebs. §. pignus. Et differt ab
hypotheca i noīe ⁊ re. qꝛ hypotheca ē obliga-
tio rei imobilis. inſti. de ac. ⁊ ob. §. int̄ pignus
Vn̄ pignus dr̄ cū trāſit in creditorē. hypothe
ca ꝟo cū nō trāſit. Sed quātū ad actionē non
differunt int̄ ſe. qꝛ ꝓ vtraq̄ȝ pignoraticia dat̄
debitori. hypothecaria creditori. d. §. int̄ pi-
gnus. Vn̄ dr̄ hypotheca ab ypos qđ eſt ſub ⁊
theſis ꝙ ē poſitio q̄ſi res ſuppoſita obligatio-
ni. Differt etiā ſm grāmaticos pign⁹ pignoris.
⁊ pign⁹ pigneris. vn̄ Graciſm⁹. Pignora na
torum dicuntur pignera rerum. licet hoc non
ſeruetur.

¶ Que res poſſunt pignori obligari. R n̄. ꝙ 1
quecūq̄ȝ vendi poſſunt. ⁊ que vēdi nō poſſunt.
non poſſunt pignori dari. ff. que res pign. da.
poſ. l. j. §. eam rem. Quedam tamen vēdi poſ-
ſunt. q̄ nō pn̄t pignori dari. vt ſunt aliena que
vendi poſſunt. ff. de ꝯtra. emp. l. rem alienā. ſȝ
pignori non poſſunt dari niſi noſtra. C. q̄ res
pig. da. po. l. q̄ filios. Intellige ꝙ res aliena
pt̄ vēdi ſi ē immobilis. qꝛ ſi mobilis ē ſi ꝯtra-
ctat inuito dn̄o eā. furtū ꝯmittit vendens nec
valet vēditio ſi venditor ⁊ emptor ſciunt. nec
emptio ꝯhit̄. l. ſi in emptione. ff. de ꝯtra. emp.

Rō diuerſitatis ponit̄ in glo. d. l. rē alienā. ⁊
ibi vide. Itē generalis obligatō bonoꝝ eccīe
pt fieri ꝓ obſeruatōe ꝯctus a clericis. ſed non
ſpālis ſine ſolennitate. de q̄. s. alienatio. Ita
no. Pa. in. c. nullus pſbr̄. de pig. Itē pn̄t pi-
gnori dari res pn̄tes ⁊ future. vt fructus pen-
dentes. ptus aīallāꝝ. fet⁹ pecoꝝ et ea q̄ naſcunt̄
ff. de pig. l. ⁊ q̄ nōdū. ⁊ q̄ res ſuas obligat de p̄
ſentib⁹ ⁊ futuris ītelligit̄ ꝯūis non exp̄mat̄. l.
vlti. C. q̄ res pig. da. po. Sed tn̄ vr̄ exceptum
oīe illud qḋ obligaturus ſpālit̄ nō erat vt ve
ſtes. ſuppellectilia. ⁊ mācipia. q̄ in vſu hēbat ⁊
ſilia. l. j. C. q̄ res pig. ob. po. ⁊ l. obligatōne. ⁊
l. deniq̄ȝ. ff. de pig. Si ꝯo q̄s dicat mobilia et
immobilia ⁊ ſe mouētia nō veniūt actōes nec
noīa debitoꝝ. C. de pac. pig. l. j. Itē pignora
ri pn̄t res corꝑales ⁊ incorꝑales ⁊ noīa debi-
toꝝ. ff. de pig. l. cū ꝯuenit. Itē ſuitutes pſona
les. vt vſus ⁊ vſufructus. ff. eo. l. ſi is. §. vſum-
fructū. Itē ſeruitutes p̄diales ⁊ ruſtice. vt q̄ȝ-
diu pecunia non ſoluet̄ nō lȝ ipis vti. ⁊ ſi infra
certū tp̄s nō fuerit ſoluta liceat vendere. l. ſed
an vie. ff. eo. Itē comoditas ſuitutū p̄dioꝝ vr
banoꝝ ſicut in ruſticis hoc ꝯtinget. vt. ſ. liceat
creditori ire ⁊ agere. d. l. ſed an vie. iura autē
non. vt. d. l. ſi is. §. vlti.

2 Que res ꝓhibet̄ pignori obligari. R. ꝙ ho
mines liberi etiā ꝓ debito. c. ij. eo. de q̄ dic vt
s. obſeſ. Itē nec eccīe in aut̄. de alie. ⁊ emphi.
§. ij. qm̄. Itē monumēta. l. iij. C. q̄ res pigno.
ob. po. Itē ſacra vaſa. veſtimēta. libri. vl̄ alia
ornamēta eccīaſtica. l. ſancimus. C. de ſa. ſan.
ec. l. j. ff. q̄ res pign. ob. po. ⁊ c. j. eo. niſi neceſſi
tate. vt ē redēptio captiuoꝝ ⁊ ꝓ paupib⁹ alen
dis ⁊ hmōi. vt no. in. d. c. j. ⁊. xij. q. ij. aurum.

3 Quot modis ꝯtrahit̄ pign⁹. R. ꝙ duobus
modis. ſ. tacite ⁊ exp̄ſſe. Tacite ꝯbitur ⁊ ſunt
obligata oīa bona vndecim pſonarū. Primo
admīſtratoris bonoꝝ ipi eccīe. ar. xiij. q. ij. il-
lud. tȝ glo. ⁊ Pa. i. c. ex lr̄is. de pig. Scdo viri
reſpectu dotis vxori ſue. vide. s. dos. §. xj. ⁊ ec̄
ꝓ parafernalib⁹ ⁊ donāt ꝓpter nuptias. vt. s.
dos. §. xij. ⁊ paferna. §. ij. Tercio illi⁹ q̄ dotē ꝓ
miſit de iſtis duob⁹ hr̄. C. de rei vx. act. l. vni-
ca. ⁊. d. c. ex lr̄is. Quarto ꝯhentis cū fiſco ipſi
fiſco. C. in q̄bus cau. pig. ta. ꝯ. l. j. ⁊. ij. Quinto
tutoris pupillo ⁊ curatoris miori. C. i q̄b⁹ ca.
pi. ta. ꝯ. l. ſi. mr̄. ⁊ l. fi. C. de leg. tute. Sexto cō
ductoris oīa bona iuecta ſeu illata i ruſtico p̄-
dio dn̄o ſciēte ꝓ penſione debita. In vrbano
ꝯo nō diſtinguit̄. an ſciat vel ignoret q: tacite
obligant̄. ff. de pig. l. ſi horreū. ⁊ l. ꝯ iure. ⁊. C.
in q̄bus. ca. pi. ta. ꝯ. l. ſancim⁹. Septio pn̄s ta
cite oblig̃t ni̇̃ filijs ꝓ bonis aduētitijs ⁊ pre-
cijs coꝝ. C. de bonis q̄ li. l. cū oz. Octauo mr̄is
ꝯuolātis ad ſecūdas nuptias filijs p̄oris mr̄i
monij ꝓ reſtōne coꝝ q̄ a p̄mo viro lucrata fuit
C. de ſecū. nup. l. hac edictali. §. penul. ⁊. C. in
q̄bus ca. pi. ta. ꝯ. l. ſi mr̄. Nono defuncti pro le
gatis ⁊ fideicōmiſſis. C. cōia de leg. l. j. Deci
mo primipilari fiſco. C. q̄. mo. pi. ta. ꝯ. l. ſatis.
Undecimo bona ꝯductoris vectigaliū fiſco.
l. ſp. §. ꝯductores. ff. de iur̄. īmunita. Duodeci
mo ꝯbit̄ hypotheca in naui ei q̄ dedit ad eā re
ficiendā vel armandā. l. interdū. ff. q̄. po. i pig.
ha. Secus ſi dediſſet ad emendū eam q: nō ha
beret hypothecā in ea. Idē dic ꝯ eo q̄ mutua
uit ad miliciā emendā ꝙ habet in ea tacitam
hypothecam. ſm̄ Ho. in ſumma.

Que pacta ꝓhibent̄ in pignore. R. ꝙ oīe 4
pactū turpe impoſſibile illicitū. Itē pactū le
gis ꝯmiſſorie qḋ ē pactū q̄ debitor obligat ſe
inſolutū dare pignus. ff. de ſolu. l. calopodi⁹.
Itē qn̄ ꝯuenit ne pignus redimat in ꝑpetuū.
vel an̄ diē ſibi p̄fixam. ar. c. precariū. de p̄ca.
Item qn̄ ſit pactum ne liceat creditori pign⁹
vendere poſt interpellationem debitoris. l. ſi
creditor. §. vlti. ff. de diſtra. pigno. ⁊ de iſtis di
cit̄ in. c. ſignificāte. eo. ti.

Quid ſi fiat pactū vt die p̄fixa nō ſoluente
debitore creditor ex tūc rē hēat in feudū. R. ꝙ 5
nō valet q: fieret fraus legi. vt in ꝯſti. Fed. de
feu. da. inui. l. ꝯmiſſo. c. j. ⁊ de his pactis. vide
s. pactū. §. xvij. cū ſe.

Utrū pactū ꝙ amiſſio pignoris quocūq̄ȝ 6
caſu liberet debitorē valeat. R. n̄. ꝙ ſic. C. de
pigno. ac. l. q̄ fortuitis.

Quid p̄t facere creditor de pignore. an poſ
ſit vēdere. R. n̄. ꝙ aut cōuenit exp̄ſſe vt poſſet 7
vendere. ⁊ ſic debet p̄mo denūciare debitori ⁊
poſtea ſm̄ formā conuentam poterit vendere
alit̄ nō. Aut cōuenit ꝙ nō venderet. ⁊ tunc de
bet ter debitori denūciare vt ſoluat. ⁊ int̄ vnā
denūciationē ⁊ aliā debet eē triduū. ff. de pig.
ac. l. ſi cōuenit de diſtrahen. in glo. ꝙ ſi nō ſol
uerit poterit vendere. al̄s vendendo ſine trina
monitione teneretur furti. Si vero nulla fuit
facta mentio de vendēdo vel nō vendēdo. tūc
debet ſemel nūciare vt ſoluat. ⁊ poſtea elapſo
biennio vendere poterit. hec ꝓbantur. in. d. l.
ſi conuenit. de diſtra.

Sed quid ſi creditor vendito pignore bona
fide minus accepit q̄ȝ ſit debitum ſuum. R. ꝙ
reſiduū repetet a debitore. Si ꝯo plus debito
vendidit tenetur illud plus reſtituere debito-
ri. C. de iure do. l. vlti.

9 ¶Utrū pign⁹ poſſit ꝑ creditorē alteri pigno/rari. R̄n̄. ꝙ ſic. vt eſt tex. in. l. j. ff. ſi pign⁹ pig. da. ſit. Et lȝ Spe. dicat nō licere vltra tres vi/ces. Tenet tñ ꝯ verius Ange. in. d. l. j. ꝙ etiam per mille vices. quia ius queſitū a creditore in pignore eſt reale ꝛ ē trāſitoriū de pſona ad p/ſonam in mille manus. ꝛ ſic concludit tex. d. l. j. in verbo tamdiu eſſe ꝛc.

10 ¶Quid ſi alius cui res pignorata fuit alteri vendidit q̄ forte abſentauit ſe qđ remediū da/bitur primo debitori ad conſequendū rem ſuā R̄n̄. Spe. dicit ꝙ aget contra primū credito/rē ſȝ prim⁹ creditor liberabit̄ cedēdo ſibi actio/nem contra eum cui legitime pignorauit. ꝛ ſic alius reſpectu tertij ꝛc.

11 ¶Utrū poſſit pignorari vſurarijs nr̄i tempo/ris qui habent ex ꝑuilegio ꝙ poſt annū lucrā/tur pignus. R̄n̄. ꝙ ſic. ꝛ ſi ꝑdetur damnū erit debitoris. qꝛ qđ fit lege ꝑmittēte nō meretur penā. l. gracus. C. de adulte. ꝛ ideo cū lex per/mittat pignus pignori obligari ſibi īputet de/bitor. Ego tamē limito verū ſi mō nō pignora/uit niſi pro quātitate ſibi debita. qꝛ pro plus nō lȝ in aliquo caſu. Item ſi hoc fecit ꝑ neceſ/ſitate vel vtilitate ſua. qꝛ ꝑ alio reſpectu non lȝ ſub vſuris accipe. Item. iij. ſi hoc notifica/uit debitori iſtis nō cōcurrentibus nō liceret.

12 ¶Utrū creditor teneat̄ fructus pignoris cō/putare in ſortē. R̄n̄. ꝙ tam fructus q̄s ꝑcepit q̄ȝ quos ꝑcipe potuiſſet ꝛ ex ſua negligentia n̄ ꝑcepit tenetur cōputare in ſortē. ꝛ qđ plus ſu/pereſt reſtituere debitori. ita tenet glo. in. c. cū cōtra. eo. ti. ꝛ ſeq̄tur Pa. ibidem. ꝛ Jo. an. in c. j. ꝛ. ij. de vſuris. Ho. in ſum. tenet oppoſitum quo ad ꝑcipiendos. ſ. ꝙ nō teneat̄. niſi fuerit ī dolo vel lata culpa. vtputa quia erat ſolita lo/cari vel erat qui q̄rebat eā cōducere. hoc idem ſeq̄tur do. Anto. Sed mihi magis placet opi. Cal. q̄ tȝ ꝙ ſi ſorti ē ſatiſfactū tenet̄ etiā de ꝑ/cipiendis. qꝛ ē male fidei poſſeſſor in nō reſti/tuendo rē. Si xͦo ſorti nōdū ē ſatiſfactū ſic nō tenet̄ de ꝑcipiendis. qđ intelligo verū niſi ſit ī dolo vel lata culpa. Et ſic tene ꝛ limita ꝛ con/cor. l. j. ꝛ. ij. C. de pig. ac. ꝛ doc.

¶Sed quero quaȝ penſionem ſoluet ꝑ domo pignorata creditor. R̄n̄. Spec. tenet ꝙ ſolum ad illā quātitatem quā idē creditor ꝑſtitiſſet. l. in ſumma. §. frumento. ff. de cōdi. inde. Sed Pa. in. d. c. cū contra. diſtinguit ꝙ ſi fuit ſim/plicit̄ pignorata tūc tenet̄ ad eā pēſionē q̄ cōi/ter inuenitur a quocūq̄ȝ alio. Si xͦo fuit actuȝ vt ſolū illa ſoluat̄ que ſibi placet ſic eſſet verū dictū Spec. q̄uis durū. ſed ego limito verum iſto. ij. caſu in modico. ſed ī aliquo notabili nō credo verum aliter eſſet via aperiēdi additum vſurarijs ꝛ iniquinati. Nec obſtat. §. ī frumē/to. qꝛ loquitur qn̄ indebite per errorem limita/tio fuit facta. quia tunc nō obligatur creditor niſi inquantum fuit factus locupletior. quod bene no. qꝛ pauci aduertūt.

¶Utrū liceat pignore vti. R̄n̄. Pa. in. c. j. de depoſito ꝙ ſi pacto interueniente eo vtit̄ vſu/ram cōmittit ſi comoditas quaȝ cōſequitur ex vſu ē extimabilis ꝑcio. c. j. de vſuris. ꝛ. d. c. cuȝ contra. ꝛ tenet̄ reſtituere. Si xͦo non interue/nit volūtas domini ꝛ cōtra eius volūtatē vti/tur eo furtū cōmittit. l. ſi pignore. in ꝑnci. ff. de furtis. niſi veriſimiliter crederet dn̄m ꝑmiſſu/rū. vt no. in. c. dudū. de elec. ꝛ inſti. de obli. que ex delic. naſ. §. placuit. Et tamē ſp fructus ſeu extimatio vſus eſt computanda in ſortem. ni/ſi ſit talis res cuius vſus inter amicos gratis ſolet concedi. 13

¶Utrū creditor repetet expenſas q̄s fecit in pignore. R̄. ꝙ ſi bōa fide eas fec̄ poterit repe/tere. niſi ſint īmoderate. l. ſi ſuos. ff. de pig. ac. ꝛ ar. ī. l. ī fundo. ff. de re. vē. ber. tñ ī. c. j. de vſu/ris. intelligit ꝙ repetet expenſas nc̄c̄rias non volūtarias. Sed tu dic ꝙ etiaȝ vtiles dummō nō nimis magnas. vt no. glo. in. l. creditor. C. de pig. ac. tex. ē in. d. l. ſi ſeruos. 14

¶Quid ſi res pignorata perijt aut deteriora/tur. R̄. ꝙ tenet̄ de dolo lata culpa ꝛ leui ꝛ no. glo. in. l. ſi creditor. C. de pig. ac. tex. ē iſti qui/bus mo. re' cōtra. obli. §. fi. ff. de pig. ac. l. ſi cuȝ venderet. in fi. 15

¶Utrū remittēs pign⁹. vl̄ bidell⁹ reſtituēs li/brū ſocio ꝯſueto vl̄ famulo illi⁹ cui⁹ ē teneat̄ ſi talis cui dedit infidelit̄ egit. R̄. Pa. ī. c. fi. de fur. ꝙ nō. ar in. l. eū q̄. ꝛ ī. l. argentū. ff. como. fa/cit. c. ſignificāte. eo. tit. ꝛ ſeq̄tur bar. ī. l. ſi quis vxori. §. apud labeonē. ff. de fur. Idem dicit ſi eū aſſignauit alicui deferēti aliqđ ſignū illius cui⁹ erat. ꝛ facit. d. c. ſignificāte. cū ibi no. non eſt tamē credendū de facili tali ſigno. ar. c. j. ꝛ. ij. de fide inſtrumētorū. 16

¶Quātum durat pignus. R̄. donec facta fu/erit tota ſolutio debiti vſq̄ȝ ad minimum qua/drantē. l. q̄diu. C. de diſtra. pigno. 17

¶Utrum poſſit creditor preſcribere pignus 18 R̄n̄. ꝙ non nullo tempe. l. pignori reȝ acceptā ff. de vſu capionibus.

Pigritia eſt q̄daȝ tarditas ad exeq̄n/dū bonū. Corpor xͦo ē remiſſio in exe/cutione boni que qn̄ ſit mortale petm̄. patet. s. accidia. §. j.

PIrata dr̄ qlibet q̄ in mari aut in flumi
nib⁹ depdatᷓ vt no. in autᷓ.nauigia. C. de
furtis. Et tales ſunt excōicati excōicatōe pa
pali p̄ pceſſuȝ curie cū oīb⁹ receptatorib⁹ eoꝝ
ꝛ dātib⁹ eis auxiliū ꝯſiliū ł fauorē. ita eē no.
Io.an.ꝛ do. Anto.in.c.excōicatōi.de rapto
rib⁹ ꝯ ter ī āno ab ore ſūmi pōtificꝭ excōicatᷓ

PLacere velle hoīb⁹ vtꝝ ſit peccatū. R.
ſm Tho.xxij.q.cxv. ꝙ aut qs q̄rit place
re ꝓpᷓ caritatē nutriendā. ł vt in eis ſpūalitꝑ
ficiat. ł vt ꝓuocētᷓ ad bonū.ꝛ in his q̄ ſunt bo
na.vt cātare in eccīa horas vel laudes dīnas.
ꝛ hmōi.ꝛ ſic laudabile ē. Aut querit placere
ꝓpᷓ inanē gloriā. ł ꝓpᷓ lucꝝ. ł in malis.ꝛ ſic ta
le pctm̄ ē q̄le ē illō ꝓpᷓ qō placere cupit. de q̄
bus ps. De⁹ diſſipabit oſſa eoꝝ q̄ hoīb⁹ pla
cent.ꝛ ad Gal.ij. Si hoīb⁹ placerē xp̄i ſuus
nō eſſem. Intellige qn̄ ē mortale illud ꝓpter
qō vł in q̄ cupit placere. puta ſi ꝓpter vanam
gloriā ſic eſt mortale pctm̄ talis ꝯplacētia qn̄
talis vana gloria ē mortalis. vel ſi q̄ritᷓ talis
ꝯplacentia per opa peccati mortalis. ſic erit
mortale peccatum alias veniale.

POllicitatio eſt ſolius ꝓmittētis ſpon
ſio. vt qn̄ ꝓmiſſio fit ꝺ aliq̄ alicui.ꝛ illi⁹
ꝯſenſus cui fit ꝓmiſſio n̄ extat acceptās. ł q̄ꝛ
erat abſēs. vn̄ pollicitatio differt a pacto. q̄ꝛ
pollicitatō eſt vni⁹ tm̄. pactū vo duoꝝ ad mi
nus. Pollicitatio vo tūc trāſit ī pactū qn̄ p̄
nūciū ł lr̄as mittitᷓ ꝛ acceptatᷓ. q̄ꝛ ibi ē duoꝝ
ꝯſenſus. l. pactū. ff. de pollici. vn̄ polliceri di
cim̄ qn̄ nullo p̄cedēte rogamine aliqua ꝓmit
timus. Promittere vo eſt ꝓprie p̄cedente ro
gatione. Vn̄ ꝛ pollicitatio differt a nudo pa
cto. no. glo. in cle. romani. de iureiurᷓ.ꝛ Pa.
in.c. cum iuramento. de homici.

1 Utrꝫ ex pollicitatōe q̄s obligetᷓ. R. ꝙ nō.
niſi qn̄ pollicetᷓ. ciuitati. vniuerſitati. clero.
eccīe. vel paupibus alicuius loci.ꝛ cū cā. pu
ta ad honorē dei. vel ſimilē. Si vo fit alijs a
p̄dictis ſiue cū cā ſiue nō. vel p̄dictis ſine cā
nō obligatᷓ. niſi cepint aliquid p̄textu ꝓmiſſi
onis. ff. de pollici. l. i. §. i. facit. glo. in. c. ſcim⁹.
xij.q.i. q̄ dicit ꝙ ex pollicitatiōe facta deo p̄t
quis conueniri. facit. c. ex parte. de cenſibus.

POllutio nocturna aliqn̄ ꝯtingit ex pre
cedēte cogitatōe carnaliū. qn̄qꝫ ex ſup
fluitate cibi ꝛ potus. qn̄qꝫ ex demonū illuſio
ne.ꝛ ſcd̄m ꝙ cā eſt pctm̄ ita extimāda eſt.

1 Utrꝫ neceſſario ipediat celebrationē ł eucha
riſtie ſūptōeꝫ. dic vt. s. eucharistia. iiij. §. xxix.

2 Utrꝫ nocturna pollutō q̄ incipit in ſomno
ꝛ pficitᷓ in vigilia ſit pctm̄. R. ſm. S. Tho. in
iiij. di. ix. ꝙ nō. q̄ꝛ nō reputatᷓ euigilaſſe q̄uſqꝫ
recupauerit vbū aut vſum. poſſet tn̄ ꝯtigere
in ipa vigilatōne plenaria pctm̄. s. ſi pollutio
placeat ꝓpᷓ delectationē. q̄ q̄dē ꝯplacentia ſi
ſit ex ſurreptiōe ē pctm̄ veniale. Si vo ſit cū
ꝯſenſu deliberatiuo ꝛ p̄cipue cū appetitu fu
turi. ſic erit pctm̄ mortale. Si aūt placeat. vt
eſt exoneratio nature nō creditᷓ pctm̄.ꝛ eodē
mō dico p̄ p̄dicta ꝙ appetere pollutionem in
ſomnis ſine oī delectatōe ꝓpᷓ alleuiationē na
ture n̄ ē pctm̄. ſꝫ dare opam vtēdo calidis vel
alio mō eſſet mortale pctm̄. ſi ꝓpter hoc facit
Secus ſi faceret ꝓpter guloſitatē dubitādo
nihilominus de ea. q̄ꝛ ſic eēt veniale pctm̄.

Utrꝫ oīs pollutio ī vigilia ſit pctm̄ morta 3
le. R. ꝙ nō. Aliqn̄ em̄ ē ſine pctō. ſicut in pa
tientib⁹ fluxū ſeminis. aliqn̄ cū pctō veniali
qn̄ p̄ter volūtatē ꝛ ꝓpoſitū ꝓuenit ex aliquo
tn̄ pctō veniali. puta cogitatione nō moroſa
aut auditione. pctm̄ vo mortale ſemp eſt qn̄
voluntarie ꝓcuratur ex quacūqꝫ cā. aut qn̄ ꝓ
uenit ex cogitatione locutione vel tactu mo
roſo. de quo habes. s. cogitatio. §. ij.

POrtio canoīca. vid. s. canoīca portio.

POſſeſſor bone fidei ꝛ male quis dicatᷓ
habes. reſtitutio. in littera poſſeſſor.

POſtulatio eſt quidā grē petitio ſupio
riori facta de ꝓmouēdo aliquē ad p̄latō
nē ad quā de iure cōi ꝓpᷓ defectū aliquē ł ali
ud ipedimentū eligi n̄ p̄t ſeu ꝓmoueri. alitᷓ ſi
poſtuletᷓ ille qui p̄t eligi nihil fit.ꝛ ecōtrario
ſm Pa. in. R. de poſtu. p̄la.ꝛ ītellige de defe
ctu ł ipedimēto q̄ n̄ ē pctm̄ in eo. puta q̄ꝛ n̄ hꝫ
etatē. ł eſt illegitimus. ł alteri ep̄atui ſeu p̄la
tioni obligatus ꝛ hmōi. Fallit in mutilato de
corpe vitia. c. expoſuiſtis.ꝛ in bigamo ꝛ irre
gulari. q̄ꝛ tales inhabiles nō poſſunt poſtula
ri. ſimiliter criminoſus non poteſt poſtulari.
vt in. c. i.ꝛ. ij. de poſtu. prela.

A quo debet poſtulari. ab eo qui poteſt di 1
ſpenſare in tali defectu vel impedimento.

Quis p̄t poſtulare. R. Ho. ꝙ q̄ p̄t eligere 2
c. bone. el. ij.ꝛ p̄ totū. eo. ti.ꝛ de elec. inotuit.
ꝛ dn̄t ſic ꝯcludere vt papa dignetᷓ p̄bere aſſen
ſum ꝙ talis tranſlatio fiat.

Quot voces requirūtᷓ. R. ꝙ ad minus due 3
ptes oīm. ſm Hoſti. de elec. c. ſcriptū. §. fi. ali
ter nō facit iniuriā ſupior ſi non admittit. d.
c. bone. alias. ſic. ff. de aqua plu. ar. l. i. §. pnᷓ.
Pa. tn̄ in. d. c. bone. el primo. tenet cū Goffr.
ꝙ ſufficit maior pars vocum.

Quis effect⁹ poſtulatōis. R. Pa. in. c. i. ꝺ 4
poſtu. ꝙ poſtulat⁹ admiſſa poſtulatiōe ꝯſeq̄tᷓ
ius ac ſi fuiſſet elect⁹ ꝛ ꝯfirmat⁹. vn̄ n̄ idiget a
lia ꝯfirmatōe. vt i. c. ij. de poſtula. Intellige

q̄n poſtulat̃ ab eo q̄ p̄t ſup̄ oı̄ ı̄pedimento poſtulari diſpēſare. ⁊ h̄ d̄r ſolēnis poſtulatio. ſ; poſtulatio n̄ ſolēnis h̄ n̄ opat̃. Dn̄ l; canonici poſtulent ab abbate monachū in e̅p̄m ⁊ abbas ꝯcedat nihilomin⁹ oꝫ denuo eligat̃ ⁊ ꝯfirmet̃. ⁊ ı̄ iſta n̄ oꝫ ſuare formā. c. qꝛ ꝓpt. d̄ elec. ſ; bn̄ in pꝛia ſolēni. vt no. Pa. in. d. c. qꝛ ꝓpt. ⁊ de hac ptrāſeo qꝛ hodie paꝝ. l' nihil vꝫ ⁊ peſſime ꝓpt ābitionē

5 Et ⁊ poſtulatio idē q̄ aduocatio. de qua ſupra. Aduocare.

Poſthumus. v. mōis d̄r p̄mo nat⁹ poſt mortē p̄ris. ſc̄do p⁹ teſtm̄ ante mortē. vt. ff. de iniuſto rupto q̄ʒ teſtō. l. ij. tertio arrogatus fili⁹. q̄rto poſt mortē aui. q̄ ı̄cipit nepos ı̄ ſui p̄ris ꝑtāte eē̄ vt poſtum⁹. quīto nepoſ auo moriēte filio p̄re h̄ no. gl. C. de poſtu. ı̄ rub̄ica.

Prebenda ꝓp̄ie ꝯſiſtit in fructuū ꝑceptiōe. Canonica xᵒo in iure alic⁹ q̄ in canonicū recept⁹ ē ad qḋ ius poſtea ꝑtinet p̄bē da. ⁊ ſtall⁹ in choro ⁊ loc⁹ in caplo. de h̄ hēs. de ꝯſti. cū. M. de iſti. c. i. ⁊ ꝑ Inno. ı̄. c. r̄latū ⁊. c. dilect⁹. de p̄bē. ⁊ in. c. olim. de x̄bo. ſig.

1 Qui pn̄t hr̄e p̄bendas. vide. s. beneficiū. §. xiiij. de mg̅ris. vide Magiſter.

2 Utꝝ valeat ꝓmiſſio d̄ p̄bēda vacatura. R. Inno. q̄ nō. de p̄ben. c. relatum. dicit tn̄ glo. ibidē q̄ p̄t ꝯmitti canonico iam recepto.

3 Utrū p̄benda ſit quid ſp̄ūale. R. q̄ ꝑtim ſic. ⁊ partim non.

Precarium d̄r qḋ p̄cib⁹ petēdi vtēduꝫ ꝯcedit̃ tādiu q̄diu is q̄ ꝯceſſit patit̃. vt in. c. vl. eo. l. i. ff. eo. ⁊ ē ꝯtus gratuitus ſimil' alijs gratuitꝭ. ſ; in multis dr̄t a donatiōe q̄ n̄ reuocat̃ regul'r. dr̄t ⁊ a ꝯmodato. qꝛ ı̄ ꝯmodato debet eſſe vſus certus ⁊ tempus ſaltem tacite determinatum. vnde ſi vnum iſtorum deficit erit p̄cariū non ꝯmodatum. Sic ſi cōceſſi tibi libꝝ vt illū trāſcriberes erit ꝯmodatū qꝛ ad certū vſū ⁊ tp̄s tacite d̄terīat̃. ſ. quātū ꝯmode trāſcribi p̄t. l. interdū. ⁊. l. ꝯtinuus §. cum ita. ff. de x̄. ob. ⁊ non p̄t reuocari ante vſuꝫ ꝯpletū. vt in. c. i. de ꝯmodato. Precariū aūt p̄t reuocari ad placitū etiā ſi ı̄ueniſſet pactū de nō reuocādo. vt in. c. fi. eo. niſi fuiſſet appoſitū ꝑ viā ꝯditōis. qꝛ ſic vitiat ꝯtum. facit. c. fi. de ꝯdi. appoſitis. ⁊ qḋ no. Bar. ı̄ aut̃. ingreſſi. C. de. ſa. ſan. ec. Rō ſm Bar. in. l. in ꝯmodato. ff. ꝯmo. qꝛ nō eſt ꝯceſſum ad certuꝫ vſum. Hoc limito veꝝ niſi vellet reuocare ſine cā ⁊ cū magno dāno alterius. qꝛ obſtaret ſibi exceptio doli cū nō poſſit negari q̄n p̄cariū ſit beneficiū. ḡ beniuola actio ⁊ iō n̄ d; q̄s aduerſari in bn̄ficio ꝯceſſo. ſicut dicim⁹ ı̄ mutuo ꝯceſſo viatori qui ipꝫ detinuit poſtmodū qꝛ eū penituit. vt no. Jo. an. ı̄ ꝓhemio decretaliū. Itē dr̄t qꝛ in p̄cario venit ſolū dolus ⁊ lata culpa. ſ; in ꝯmodato venit leuiſſima. vt ı̄ l. q̄ſitū. §. ⁊ illud. ff. de p̄cario. ⁊. l. ꝯtus. ff. d̄ iureiur̃. ⁊ ibi reddit̃ rō diuerſitatis. Hec elicio a Cy. in. l. ij. C. ꝯmo. ⁊ Bar. in. d. l. ı̄ ꝯmodato. ⁊ Jo. an. in. c. vnico. de ꝯmo. ⁊ Pa. in c. fi. de p̄ca. ⁊ idē in. d. c. vnico. dicit q̄ etiā p̄cariū p̄t ꝯcedi ad certuꝫ vſum ⁊ diſtinguet̃ a ꝯmodato ꝑ nomē precariū. puta cū dicit. ꝯcedo libꝝ ad tranſcribendū p̄cario nomine.

Quot mōis ſoluit̃ p̄cariū. R. q̄ pꝛio volūtate ei⁹ q̄ ꝯceſſit. l. i. ff. eo. ſc̄do morte eius cui ꝯceſſuꝫ fuerat. c. fi. eo. qꝛ ē ꝯceſſio ꝑſonalis q̄ extiguit̃ cū ꝑſona vt in r̄la ꝑuilegiū. d̄ re. iur. li. vi. tertio alienatione rei p̄cario ꝯceſſe ſi is cui ē alienata a primo dn̄o velit reuocare. d. c. fi. quarto finito tp̄e ad qḋ res fuerat ꝯceſſa l. cum precario. ff. eo. 1

Sꝫ nūquid reuocat̃ morte ꝯcedētꝭ. R. Pa. in. c. p̄cariū eo. q̄ nō. ⁊ ibi tex. Ex q̄ ı̄fert vnū notabile q̄ vbi act⁹ validitatis pendet ex voluntate alterius n̄ reuocat̃ ꝑ illi⁹ mortē. iō qꝛ p̄ſumit̃ q̄s in ea volūtate ꝑſeuerare in q̄ q̄s decedit. c. maiores. de baptꝭ. ⁊ iō l; p̄or clauſtralis poſſit reuocari ad libitū abbatꝭ. vt ı̄. c. cū ad mōaſteriū. de ſta. mo. n̄ reuocat̃ tn̄ ꝑ mortē ipſius abbatis. intellige ſi ab abbate cū caplo fuit p̄poſitus. vt. s. eps. §. ix. ꝓ h̄. facit. c. fi. ne. ſede. vacā. ſecus ſi eſſet ꝯceſſum vſq̄ʒ ad beneplacitū ſuū. qꝛ ꝑ mortē reuocat̃. c. ſi gracioſe. de reſcrip. li. vi. vide Bar. in. l. ſi centeſimis. ff. de ver. ſig. 2

An quibus reb⁹ ꝯſiſtit p̄cariū. R. q̄ ı̄ reb⁹ 3 mobilib⁹ ⁊ ı̄mobilib⁹ ⁊ in corꝑalib⁹. Nā fuit⁹ p̄cario p̄t ꝯcedi. ff. eo. l. ij. §. vlt. ⁊. l. iij. ⁊. iiij. ı̄ R. in re ꝓpa ꝯſtituere nō p̄t. d. l. iiij. §. itē ſi rē qḋ veꝝ ē quantū ad dominiū ⁊ ꝓprietatem. ſ; bn̄ q̄tum ad vſum poſſeſſionis ſeu detentionis. l. certe. §. pe. ff. eodem.

Precaria feīni generis p̄r. ꝓducta ⁊ p̄carie. ſm Pa. in. c. i. eo. dicit q̄ nō dr̄nt ı̄ter ſe. ſ; bn̄ dr̄nt a p̄cario. qꝛ p̄caria d̄r ꝯtus ad p̄ces alic⁹ l' aliq̄ꝝ initus vſq̄ʒ ad certū tp̄s ſm q̄ ptes ꝯuenerūt. nec an̄ illud tp̄s p̄t reuocari. l' d̄r p̄caria ad p̄ces aliquoꝝ facta donatio vſq̄ʒ ad mortē accipiētis. xij. q. ij. p̄carie. ⁊ in glo. d. c. i. dicit Bar. in aut̃. ingreſſi. C. d̄ ſa. ſan. ec. ⁊ in. l. ſi finita. ff. de dā. infec. q̄ in oīb⁹. ⁊ ꝓ oīa p̄caria eſt eiuſdē nature cū ꝯtu ēphiteotico. ⁊ idē voluit in. l. i. C. de iur̃. emphi. ē glo. x. q. ij. p̄carie. ḡ ſeq̄t̃ naturā ēphiteoſis. ꝓ h̄ bon⁹ tex. in aut̃. de n̄ aliena. §. lex itaq̄ʒ

vbi p̄ʒ ꝙ ꝯtus nouus inuetus a ꝯſuetudine. ex q̄ reſultat idē̄ effect⁹ q̄ reſultat ex aliq̄ ꝯtu iuē to a lege cēſeat̄ eiuſdē̄ nature. Et h̄ itelligo veꝝ vbi ñ fit gratis ſʒ aliqđ ſoluit̄. differt nihilomi nus q̄ꝛ renouat̄ de q̄nquēnio in q̄nquēniū ñ em phi. Dñ no. ꝙ p̄caria fit aliqñ eẽ ñ grat̄. ſicut qñ ſup ſolo eccīe fit aliqđ edificiū ⁊ ſoluit̄ ānu atim aliq̄d. Fit eẽ qñ aliqs dat alicui eccīe poſ ſeſſiōeʒ vnā. ⁊ recipit ab eccīa duplū aut ꝯplus vtendū toto tp̄e vite ſue. ⁊ no. in. d. c. p̄carie. x. q. ij. Fit eẽ qñ clerico vl̄ laico dat̄ aliq̄d vtendū toto tp̄e vite ſue. Aliq̄ volūt ꝙ p̄caria ⁊ p̄carie ĩ h̄ differāt. q̄ꝛ p̄caria ē ſolū vſq̄ ad morte illi⁹ cui ꝯcedit̄. l̄ eẽ citra. Precarie ꝟo aliqñ durat poſt morte. ⁊ oʒ ꝙ de quīquēnio in quīquēniū renouet̄. ſed p̄caria non.

1 Utrꝝ p̄caria poſſit fieri ſede vacante ſiue ec cleſia. R. ꝙ non. x. q. ij. precarie.

2 Utrꝝ cuilibet poſſit fieri. R. ꝙ nō iconomo vel eius ꝯſanguineo. x. q. ij. hoc ius.

3 Utrꝝ reꝗrat̄ ſolēnitas ĩ p̄caria ſicut ĩ aliena tione rei eccīe. R. ꝙ in renouatōe certū ē ꝙ nō requirit̄. vt no. Abbas ĩ. c. i. eo. ⁊ dicit ꝙ p̄lat⁹ ſolus ſine ꝯſenſu capl̄i p̄t eā facere. facit tex. in l. pupilloꝝ. §. i. ff. de reb⁹ eoꝝ. ⁊ qđ no. Bar. in aut. h̄ ius. C. de ſa. ſan. ec. In ꝯceſſiōe ꝟo cre do ꝙ requirat̄ ſi ē tal̄ rei. l̄ tāti tp̄is q̄ alienari nō poſſit niſi cū debita ſolēnitate. vt p̄ʒ ex dict̄ tū q̄ꝛ nō p̄t reuocari ante tempus ꝯuentū.

4 Utrꝝ requirat̄ neccārio ꝙ renouet̄ de q̄nquē nio in quīquēniū. R. ꝙ ſic. ⁊ cadit a iure ſuo p⁹ quīquēniū ſi nō reuocat. vt dicit glo. in. d. c. i. ⁊ hoc veꝝ eſt in rebus eccleſiaſticis. in laicalibus vero credo ꝙ ſm̄ ꝯſuetudinē̄ dʒ renouari q̄ꝛ p̄ ſumit̄ actū qđ eſt ꝯſuetū. l. ſemꝑ in ſtipulationi bus. ff. de iure iuran.

5 Utrꝝ hñs rē̄ p̄cario noīe. l̄ ſicut p̄caria poſſit eā p̄ſcribere. R. glo. xvi. q. iij. c. clerici. ꝙ regl̄r nō p̄t niſi ex magna lōginquitate tp̄is dñs obli uiſcat̄ de poſſeſſione taliter ꝙ neſciat vbi ſita ſit quod poſſet habere locum ſi poſſidens eſſet in bona fide. aliter non.

PReceptum eſt iuſſio l̄ ip̄iū faciendi ali quid l̄ ñ faciēdi. Quō diſtiguit̄. R. dupl̄r ſcʒ ꝑ affirmatiuū ⁊ negatiuū. Affirmatiuū ſtri cto vocabulo dꝛ p̄ceptū ⁊ obligat ꝑ ſp. ſ. ꝑ loco ⁊ tp̄e debito ſʒ nō ad ſp. i. ad oē̄ tp̄s. vñ fili⁹ nō tenet̄ ſp ad honorandū p̄rem in oī tp̄e. q̄ꝛ h̄ ē im poſſibile. ſʒ ſolū cū oportunitas occurrit ⁊ tp̄s reꝗrit. Negatiuū aūt p̄ceptū ꝓp̄e dꝛ ꝓhibitō q̄ obligat ꝑ ſp ⁊ ad ſp. q̄ꝛ teneoꝛ ſp ⁊ ĩ oĩ tp̄e ñ me chari. no. h̄ archi. ĩ. c. ſi peccauerit. ij. q. i. ⁊ pa. ĩ c. nouit. de iudi. ⁊ theo. in. iij. ſen. di. xxxvij.

Quot ſūt genera p̄ceptoꝝ legis diuine veterꝫ 1
R. ꝙ tria. Quedā ſunt moralia q̄ ſunt de dicta mine legis nature. vt ſunt precepta decalogi. Quedā ſunt figuralia ſeu miſtica q̄ aliud ſigni ficāt p̄t id qđ lr̄a ſonat. Quoꝝ alia ſunt ſacr̄alia ſicut illa. de quib⁹ rō reddi p̄t quare ad lr̄aʒ ſic p̄cepta fuerūt. vt de circūciſiōe ⁊ de obſeruati one ſabbati. Alia cerimonialia. ſicut illa de qui bus rō reddi nō p̄t. q̄ꝛ ſic p̄cepta fuerīt ad lr̄am vt illud Nō arabis cū boue ⁊ azino. ⁊ illud Nō facies veſtē̄ de lana ⁊ lino ⁊ hmōi. ⁊ de iſtis no. in glo. in. §. his ita reſpōdet̄. vi. di. Quedā ſunt iudicialia vt illa q̄ in deciſiōe cāꝝ ſunt determia ta. vt Exo. xxi. ⁊ ſunt determiationes iuſtitie int̄ hoīes ſuāde. ⁊ hodie figuralia tā ſacr̄alia q̄ʒ ce rimonialia nō tm̄ nō ſunt ſeruanda ſʒ etiaʒ ſunt pctm̄ mortale p⁹ xp̄m ip̄a ſeruantibus vt talia. Precepta vero iudicialia ſunt mortua. q̄ꝛ non obligant. niſi ille qui habet p̄tātē̄ʒ ſtatueret ob ſeruanda. q̄ꝛ tūc non obligarēt vt iudicialia le gis antique. ſʒ vt ius canonicum vel ciuile. aut municipale in quo p̄cipiunt̄. ſm̄ Sco. in. iiij. di. xij. q. v. ⁊ Pa. in. c. i. de hōi. facit tex. in. l. i. C. de ve. iu. enu. vbi dꝛ. oīa merito faciamus nr̄a. q̄ꝛ ex nobis oīs ĩp̄titur auctoritas. ⁊. c. ſi apo ſtolice. de p̄ben. li. vi. Moralia aūt p̄cepta. oīa ꝯprehendunt̄ in. x. preceptis decalogi. que po nuntur Exo. xx.

Quō ordināt̄ p̄cepta decalogi moralia. R. 2
ſm̄ colorē̄ modū qui habet̄ ab Aug. ſup Exo. ſ. vt p̄mū p̄ceptū ſit. Non habebis deos alienos corā me. ⁊ nō facies tibi ſculptile nec oē̄ʒ ſilitu dinē̄. Secūdū nō aſſumes nomē̄ dei tui inuanū Tertiū Memento vt diē̄ ſabbati ſanctifices ⁊ hec ad primā tabulā dicūt̄ ꝑtinere p̄mū p̄ceptū ſecūde tabule ē. Honora p̄rem tuū ⁊ mr̄em tuā Secundū nō occides. Tertium nō mechaberis. Quartū nō furtū facies. Quītū nō loqueris ꝯ ꝓximū tuū falſum teſtimoniū. Sextū nō ꝯcupi ſces domū ꝓximi tui. nō ſuū. nō ancillā. nō bo uē. nō azinū. nec oīa que illius ſunt. vij. nō deſi derabis vxorem eius. magiſter tñ in. iij. di. xxx vij. ponit. vij. pro. vi.

Circa p̄mū p̄ceptū notandū ꝙ tria ꝓhibēt̄ 3
nobis. Prīo oēs ꝓphane pactōes demonū. ſiue fiāt ꝑ incātatiōes ꝟboꝝ. ſiue ꝑ inſcriptōes ca racteꝝ. vl̄ ymaginū. ſiue ꝑ imolatōes ſacrificio rū. Et h̄ vel ad ludificatōem ſenſuū vt faciunt hiſtriones. l̄ ad tranſmutationē̄ naturaꝝ. vt fe cerūt magi pharaonis. vel ad inueſtigationem futuroꝝ ꝯtingētiū. ſeu occultoꝝ. ſicut faciūt di uini. oīa ꝓhibent̄ ſub pena mortalis pctī. q̄ꝛ in his attribuit̄ creature qđ debet̄ creatori. ⁊ ideo

peccat̃ mortal̃r ꝯ̃ iſtõ. Nõ hebis deos alienos
corã me. Exo. xx. Et ꝓhibent̃ oẽs falſe ⁊ ſupſti-
cioſe inuẽtiões errorꝝ ł obſeruãciarꝝ ꝯ̃ fidẽ ⁊ bo
nos mores cuꝫ dicit Non facies tibi ſculptile.
Hmõi aũt errores ⁊ ſupſtitões ꝓcedũt. aut ex
ĩprobo auſu ĩueſtigatõis ꝓhibite. aut ꝑuerſo ĩ-
tellectu ſacre ſcripture. aut ex ĩordĩato affectu
carnalitatꝫ hũane. de q̃b⁹ Iere. Stultus fact⁹
ẽ oĩs hõ a ſciã ſua. ꝯfuſus e artifex in ſculptili
ſuo. vana ſũt opa eorꝝ ⁊ riſu digna. ⁊ ĩ tpe viſita
tõis ꝑibũt. vñ ſp ẽ mortale pctm̃ niſi ĩ caſu. vt
hẽs. s. heretic⁹. ĩ pn. ⁊ in caſu. vt hẽs. j. Supſti
tio. §. i. Tertio ꝓhibẽt̃ oẽs ꝑuerſe appciatões
creaturarꝝ. cũ dr nec oẽꝫ ſilitudinẽ ⁊c. Oĩs aũt
ꝑuerſa appciatio creaturarꝝ ꝓcedit aut ex ſub-
limitate. aut ex cupiditate. aut ex delectatione
Prĩo mõ ẽ idolatria ſupborꝝ. Scdo mõ auaro
rũ. Tertõ mõ luxurioſorꝝ. ⁊ ñ Hiero. qđ q̇s pluſ
venerat̃ ⁊ amat h illi de⁹ ẽ. ⁊ iõ ſupb⁹ colit ſili-
tudinẽ celeſtiũ. q2 diligit ſup oẽs pferri. Cupi-
dus vo colit ſilitudinẽ terreſtiũ q2 ſup oĩa cu-
pit ditari. Laſciu⁹ aũt ſilitudinem aq̃tiliũ. q2
ſup oĩa cupit delectari ⁊ flectit̃ in delitijs. ſicut
aqua. ad phil̃. iij. quorꝝ de⁹ venter ẽ. Nũo autẽ
ſuperbia. auaritia. ⁊ luxuria. ſunt peccata mor
talia habes in titulis ſuis.

4 Circa ſecũdũ pceptũ no. ꝙ nomẽ dei tripl̃r
aſſumit̃. Prĩo ad efficiendũ. vt ĩ ſacr̃is. ſicut in
baptiſmo. cũ dr Ego te baptiſo ⁊c. ad ꝓmitten
dũ. vt cũ q̇s iurat vouet ł ꝓmittit aliq̇d deo vł
ſcĩs. Tertio ad exꝓmẽdũ. vt cũ q̇s loquit̃ cũ iu
ramẽto. ſiliter multipl̃r aſſumit̃ in vanũ. Prĩo
ꝑ ſacr̃i fruſtratõez. ſicut cũ q̇s ñ credit. vt here
ticus. ł grãm ſacr̃i deſerit ⁊ hmõi. qđ ſp morta
le pctm̃ ẽ. Scdo ꝑ voti fractiõez ⁊ h fit tripl̃r.
Prĩo ꝑ tardatiõez ĩplẽdi. Scdo ꝑ ꝯ̃riã voluta
tẽ ſeu fractionẽ voti. Tertio ꝑ apoſtaſiã. ⁊ q̃uo
ſit mortale hẽs. j. Votũ. iij. ⁊ Apoſtaſia. in pn.
cũ duob⁹. §. ſeq̃ntib⁹. Tertio aſſumit̃ nomẽ dei
in vanũ ꝑ hoĩs blaſſemi locutionẽ. vide. s. blaſ
femia. Quarto aſſumit̃ in vanũ in pdicatõne q̃
fit vana intẽtiõe. de q̃ vide. s. honor. §. vij. ⁊. j.
vana gloria. §. i. Quĩto in orõe q̃ ẽ ſine vlla cor
dis affectõe. de q̃ dic vt. s. orõ. §. x. Sexto in cõ
uerſatõe ſeu opatõe. in q̃ forma ſcitatꝫ aſſumit̃
tm̃ in exteriori ope ñ ꝓ deo. ſꝫ ſolũ ꝓ hũano fa-
uore. de q̃ vide. Simulatio. ⁊ vana gloria. §. i.
Septĩo ꝑ iuramẽti ꝑuerſionẽ. ⁊ h dupl̃r. aut iu
rãdo ꝑuerſe. aut ñ ſuãdo. de q̃ vide Iuramẽtũ
ꝑ totũ. ⁊ ꝑiuriũ ꝑ totũ. Octauo ꝑ vſurpationẽ
adiurãdo quẽ nõ dꝫ. de q̃ vide. adiuratõ. §. iij.

5 Circa tertiũ pceptũ no. ſm Orige. ꝙ ſcm̃ dr
ſeparatim ab vſu cõi ad cultũ dei. pceptũ g̃ đ ſan
ctificando ſabbato ẽ vt cor a curis ſupfluis ſe
pet̃ ⁊ diuino cultui mãcipet̃. ⁊ h ẽ vacare deo.
Hoc ãt fit tripl̃r. Prĩo general̃r. ſ. dũ nos a vi
tijs ſepam⁹. ⁊ ĩtẽtiõez nr̃az ad ſabbatũ. i. reqem
eťnitatꝫ hẽm⁹. Scdo ſpãl̃r dũ. ſ. tꝑorib⁹ ſtatutꝫ
⁊ ad h deputatis nos etiã a licitis ſepãtes opi
b⁹ deo orãdo. ⁊ meditãdo vacam⁹. ⁊ h ẽ ſcifica
tio ſabbati. Tertio ſpãliſſime ſicut ẽ in viris ꝑ
fectis ꝯtẽplatiuis q̇ ab oĩb⁹ mũdanis ſe ſepant
vt deo familiarit̃ ĩtẽdãt. prĩa ſcificatio ẽ nccã-
ria. ſcdo debita. tertia ꝑfecta. Aduertẽdũ ẽ etĩ
ꝙ vacatõ ad deũ ẽ duplex. alia ĩ hitu. ⁊ h ñ reci
pit taxatiõez tꝑis quãtũ ad eos q̇ ſũt ĩ caritate
q2 offerũt đo ĩ hitu totũ tꝑs vite ſue. quãtũ vo
ad ſuiẽtes deo ex timore pene hꝫ taxatõez tꝑis
Alia ẽ vacatio ĩ actu q̃ etĩ recipit taxatõez tꝑis
q2 ñ ſp hõ mortal̃ pt deo vacare actual̃r. ⁊ ex h
pꝫ q̇d vult prĩa clauſula h⁹ pcepti. ſ. Memento
vt diẽ ſabbati ſcifices. Addit̃ ſcđa clauſula ĩ q̃
pcipit̃ opari ꝯ̃teriato tꝑe ꝯ̃ ocioſitatẽ cũ ſubdi
tur ſex diebus opaberis. ⁊ facies oĩa opa tua.
Pro q̃ ſciẽdũ ꝙ triplex ẽ labor. pm⁹ ẽ debit⁹. ⁊
iſte ẽ duplex. ſ. vn⁹ excludẽs ociũ aĩe inimicũ. ⁊
ad hũc tenẽt̃ oẽs. q2 quilꝫ tñt̃ ſe exercere ĩ aliq̃
vtili rõe c⁹ excludat a ſe tẽptatõis ĩgreſſum. ſm
illud Eccl̃. xxxiij. Mitte illũ in opatõez ne va-
cet. ⁊ c̃. Alius ĩtroducẽs fructũ. ⁊ iſte ẽ triplex.
vn⁹ platorꝝ de cura ſubditorꝝ. đ q̃ pme. Thimo.
v. Ali⁹ actiuorꝝ circa ſpũalia. vt ẽ labor pdica-
torꝝ ⁊ pſbr̃orꝝ miſtrantiũ ſpũalia ſeu ſacra. Ali⁹
ẽ ꝯtẽplatiuorꝝ ĩ q̃b⁹ ⁊ ſi q̇eſcat corp⁹ a ſtrepitu
mũdi. tñ mẽs ĩuigilat ſollicitãdo deo placere ⁊
alijs grãm ĩpetrare. Vñ pdictis laborib⁹ labo
rãtes pñt viuere de elemoſina. q2 ꝓ ill̃ a q̃b⁹ ac
cipiũt vtilit̃ laborãt. 2⁹ labor ẽ ꝯ̃ſenſus. ſ. hoĩuꝫ
mũdi circa occupatões tꝑaliũ vt hẽant vñ vi-
uãt ſm ſtatũ eorꝝ ⁊ alijs ſubueniãt. đ q̃ ad ephe.
iiij. magꝫ ãt laboret opãdo maĩb⁹ ⁊c. Et ad hũc
tenẽt̃ fortes corpe ne cogãt̃ viuere ocioſe de bo
niſ q̃ debẽt̃ alijs. tri⁹ ẽ labor ꝓhibit⁹. ſ. curioſita
tis ⁊ cupiditatis q̃ extĩguit ſpũalẽ q̇etẽ deo. De
q̃t̃ tertia clauſula ĩ h pcepto ĩ q̃ intdicit opatio
nẽ in ſabbato. cũ dr. Septĩa ãt die ſabbatũ dñi
dei tui ẽ. Nõ facies in eo oẽ op⁹. tu ⁊ filij tui. ⁊
ſui tui. ⁊ ancille tue. ⁊ aduena q̃ eſt ĩtra portas
tuas. Vñ ad lr̃am pcipit̃. vt hõ vacet a corpali
bus opib⁹ q̃ vacatiõez ad deũ ĩpediũt in ſolẽni
tatib⁹. vt ẽ negociatio ⁊ hmõi opa ſeruilia Sci
as igit̃ ꝙ op⁹ ſuile dr a ſuitute. Vñ vt meli⁹ in
telligas aduerte ꝙ eſt triplex ſuitus. pma ẽ ſui
tus dei ⁊ h ñ ꝓhibet̃. vñ glo. numeri. xxviij. dicit
ꝙ fabri ⁊ hmõi artifices ociant̃ in die ſabbati.
Lector aũt diuine ſcripture non deſiſtit ab ope

ſuo. nec tñ ꝯtaminat̃ ſabbatū. ſcđa ſeruitus eſt
peccati. Jo. viij. Qui facit pctm̃ ſuus ⁊c̃. ⁊ hec
ꝓhibet̃ itelligēdo de mortali nõ de veniali. vñ
peccãs mortalit̃ facit ꝯ iſtud p̃ceptū. nõ tñ ſor-
tit̃ ſpẽm ex h̃ niſi moueret̃ ad pctm̃ vt p̃uarica-
ret̃ iſtud p̃ceptū. q2 vt dicit phs. v. ethicoꝝ. c.
iiij. Si qs luxuriet̃. vt lucret̃ auarꝰ eſt. ſi aũt vt
delectet̃ luxurioſus eſt. tñ circūſtantia q̃ ſpãli
ꝓhibitõe ꝓhibet̃. Et iõ duplex ē pctm̃ rõe reatꝰ
ſm Alex. de ales. Tertia ſuitus ē q̃ hõ ſuit hõi.
vñ opa corꝑalia intm̃ debent̃ ſuilia inquãtū ꝓ
ꝓprie ꝑtinēt ad ſuientes. Jnq̃ntū aũt ſunt cõia
ſuis ⁊ liberis nõ dñt̃ ſuilia. ⁊ iõ opus corꝑale
ꝑtinēs ad ſalutē ꝓpriam. ſiue ꝓximi. ſiue ad eui-
tandū dãnū imīnēs exterioris rei nõ ē ꝯ obſer
uantiã ſabbati. vt pꝫ Jo. vij. ⁊ Mat. xij. ⁊ in. c.
licet. ⁊. c. ꝯq̃ſtꝰ. de ferijs. xxiij. q. viij. ſi nulla. de
cõ. di. i. ſicut ñ alij. q2 h̃ p̃cipiunt̃ oĩbꝰ. ꝓuer. xx-
iiij. Erue eos q̃ ducūt̃ ad mortem. deutero. xxij.
Nõ videbis bouē aut ouē fratris tui errãtē ⁊c̃
Et iõ nõ ꝑtinet ſolū ſuis. ſꝫ etiã liberis. ⁊ de h̃
vide vel dic vt. s. Ferie. §. ix. ⁊ ſequentibus.

6 ¶ Sꝫ q̃re magis p̃cipit̃ obſeruatio ſabbati q̃ a-
liaꝝ ſolēnitatū. R. ꝙ cū oẽs ſolēnitates veterꝫ
legꝫ ſint īſtitute in ꝯmemoratõem alicꝰ bñficij
diui vel p̃teriti ꝯmemorati. l̃ futuri p̃figurati.
Jõ magꝫ ſabbatū p̃cipit̃. q2 bñficiū creatõis ī
h̃ ꝯmemorat̃ qđ eſt p̃cipuū inter p̃terita. cū dr̃
Exo. xx. Sex diebꝰ fecit celū ⁊c̃. Sile bñficium
p̃figurale p̃cipuū ⁊ finale. ſ. quies mētis in deo
vel in p̃nti ꝑ grãm. vel in futuro ꝑ gloriã. q̃ bñ-
ficia oĩa ꝯplectunt̃. Nõ ſic aũt alie q̃ ſolū ꝓpter
ꝑticularia bñficia ꝯmemorant̃. vt paſca ꝓpt̃ li-
berationem de egypto ⁊ figuram xp̃i.

7 ¶ Utrꝫ ꝯueniēter ſit mutatū in dñicã. R. ꝙ ſic
q2 ſabbatū figurabat q̇etē dñi in ſepulchro die
vij. ⁊ requiē ſcõꝝ futurã in celo ꝑ xp̃i meritū ī.
vij. etate. ⁊ iõ adueniēte ỽitate debuit ceſſare
figura. Jtē debuit ceſſare ꝓpt̃ excluſionē erro-
ris. ne forſitã q̇s crederet ꝙ obligatio ad ceri-
monias veterꝫ legis maneret. ſicut pꝫ. de cõ. di.
iij. c. ꝯuenit. vñ ꝯueniēt̃ debuit in aliū diē muta-
ri. nec alıꝰ fuit q̃ magꝫ ꝯueniret q̃ p̃mꝰ. tñ ꝓpter
bñficiū creatõis celi ⁊ terre ⁊ reſurrectõis xp̃i
⁊ multis alijs de quibꝰ dr̃ di. lxxv. ꝙ die dñico
de con. di. iij. ſabbato. ⁊. c. ieiunia.

8 ¶ Circa. iiij. ſciendū ē ꝙ ꝓpe ⁊ ꝑ ſe honorari p̃-
cipit̃ in h̃ p̃cepto hõ q̇ ē p̃ncipiū in eē nature ſic̃
ē pr̃ ⁊ mr̃ carnalis. ⁊ hõ q̃ eſt p̃ncipiū in eē grẽ
ꝓpt̃ miſteriū. ſicut ē p̃latꝰ ſpũalis. ⁊ ꝯſiſtit iſte
honor in reuerētia ⁊ ſuſtētatõe. vt dicit glo. ad
Ephe. vi. Reuerētia ỽo ꝯſiſtit in tribꝰ. ſ. ī affe-
ctu. ſ. timendo p̃ris offenſam ex amore. Leuiti.
xix. Unuſquiſq3 p̃rem ⁊ matrē timeat. Jn effe-
ctu. ſ. obediēdo. ad ephe. vi. Filij obedite ꝑenti-
bus. in ſigno. ſ. aſſurgendo ⁊ hmõi. Suſtētatio
ỽo ꝯſiſtit in ſolatio ỽboꝝ. in ſuitio opeꝝ. ⁊ in
exhibitõe neccãrioꝝ. Jn iſto etiam p̃cepto ſm
theologos intelligit̃ mandari quicquid ꝑtinet
ad reddendū debitum cuicū q3 ꝑſone ſicut ſecū-
dariū includit̃ in p̃ncipali. Et de h̃ p̃cepto. vi-
de. s. Filius. §. xxx.

¶ Circa. v. p̃ceptū aduerte ꝙ h̃ p̃cepto explici- 9
te ꝓhibet̃ homicidiū. Jmplicite ỽo oĩs motus
ire. ſicut mõſtrat dñs Mat. v. Jn h̃ g̃ p̃cepto
ꝓhibet̃ oĩs leſio q̃ fit in ꝑſona ꝓxĩ. ⁊ ĩdo peccat
mortalit̃ q̇ſquis eū occidit. trūcat. mutilat. ver-
berat. ledit notabilit̃. vel aĩm deliberatū leden-
di hꝫ. niſi in caſibus a lege ꝯceſſis. de q̃bus. s.
Homicidiū. i. ⁊. iij. ⁊. s. Percutere. ⁊. s. Defen-
ſio. Jdē dic de incarceratione. de quo. s. Car-
cer. §. iij. ꝓhibet̃ duellū. de quo. s. Duellū. Jtē
torneamentū. de quo. j. Torneamentū. Jtē bel-
lum. de quo. s. Bellū. Jtē Alex. de al. in. iij. ꝑ-
te ſumme. in expoſitõe hꝰ p̃cepti dicit. Nota ꝙ
interp̃tatiue in h̃ p̃cepto ꝓhibet̃ occiſio ſpũalis
qua q̇s ē alteri occaſio ruine in peccato morta-
li ⁊ ſpũalis mortis. ſicut ꝑſuaſio mali. ⁊ factū
minus rectū p̃bens occaſionē alteri ruine. vel
ꝙ moriat̃ in ꝯſcĩa ꝓpria. vt ꝑ odiū. vel in aliena
vt ꝑ detractionem. de quo dic vt. s. Detractio
ſcandalum. odium. ⁊ alijs locis ſuis.

¶ Circa. vi. p̃ceptū no. ꝙ lꝫ mechari idē ſit ꝙ 10
adulterari. ⁊ ſic videat̃ ſolū adulteriū ꝓhiberi
tñ ſm Aug. in hoc p̃cepto ꝓhibet̃ oĩs illicitus
coitus. ⁊ illoꝝ mēbroꝝ oĩs illicitus vſus. xxxij
q. iiij. Meretrices. Oĩs aũt illicitus vſus deter-
minat̃ ꝑ. viij. differentias. ſ. ꝑ fornicatõē. de q̃
s. Fornicatio. ꝑ meritriciū qđ fit duobꝰ modis
ſcꝫ ꝑ vagã inſectatõem libidinis ⁊ mulieꝝ ſolu-
taꝝ. ⁊ ſic differt a fornicatõe q̃ ē cū certa ⁊ vna
ſola ꝑſona. Jtē meretciū ē ſolutaꝝ mulieꝝ ve-
nalis ⁊ publicus ꝯcubitus. d. c. meretrices per
adulteriū. d̃ q̃. s. Adulteriū ꝑ ſtupꝝ. vide. j. ſtu-
prū ꝑ ſacrilegū ꝯcubitū q̃ eſt inordinatus ꝯcu-
bitus. in q̃ ꝯtinētia deo ſacrata ledit̃ ſiue viola-
tur. ſacrata dico ꝑ ordinē ſacꝝ aut religionem.
ſeu votū ꝯtinētie. ꝑ inceſtū q̃ eſt inordinatꝰ coi-
tus q̃ vinculū ꝯſanguinitatis vel affinitatis vł
paternitatis violat̃. Per pctm̃ ſodomiticū qđ
ē inordinatꝰ coitus q̃ naturalis vſus in illū ꝑ-
uertit̃ q̇ eſt ꝯ naturã. ⁊. viij. ꝑ libidinoſū coitū
ꝯiugalē. de q̃. s. Debitū. Prefataꝝ differentia-
rū. vij. p̃me ſꝑ ſunt pctm̃ mortale. viij. ỽo aliq̃n
ſic. aliq̃n nõ. vt. s. debitū pꝫ. ⁊. s. Luxuria.

¶ Circa. vij. p̃ceptū no. ꝙ furtū dr̃ triplicit̃. ſ. 11

ꝓprie. de q̃. s. furtũ in ꝑn. ⁊ cõit. ⁊ ſic ẽ oĩs illici
ta vſurpatio rei aliene ſm Aug. i. li. q. Exo. xxij
⁊ ſic ꝯꝓhẽdit rapinã vſurã ⁊ oẽm illicitã vſur-
patõez reꝝ alienaꝝ. vt in. d. c. meretrices. In-
terpretatiue ꝟo d̃r oĩs illicita poſſeſſio rerũ. Et
totũ h̃ ꝓhibetᷣ ĩ ꝑfato ꝑcepto. ⁊ iõ hñtes ſupflua
reſpectu ſtat⁹ ſui ⁊ familie ſi ñ ſubueniũt idigẽ
tib⁹ ꝓ loco ⁊ tp̃e mortalr̃ peccãt. multomagꝫ ſi
indigẽtes ſunt in extrema neccitate. ⁊ de h̃ hẽs.
s. elẏna. §. i. Itẽ ꝯmittunt furtũ ꝑlati q̃ res ec
cleſie dant meretricib⁹ ꝯſanguineis potẽtibus
nõ indigentib⁹ ⁊ hmõi. Silr̃ indebite ſeruando
Item ꝯmittunt furtũ qui res accipiũt ab eis q̃
alienare non pñt ⁊ hmõi. de h̃ hẽs. s. furtum. ra
pina. vſura. reſtitutio. ⁊c̃.

12 Circa. viij. no. ſm Alex. in. iij. pte ſũ. de iſto ꝑ
cepto ꝙ ꝓhibetᷣ ĩ h̃ ꝑcepto oẽ gen⁹ mẽdacij. qđ
ẽ pctm̃ mortale. nõ aũt illđ qđ ẽ veniale. ⁊ h̃ lar
ge. ſꝫ ſtricte ſolũ mẽdaciũ in iudicio. ꝓhibetᷣ etĩ
falſitas apte dicẽtis ⁊ taciturnitas veritatis.
Nũ aũt peccet mortaliter quis mentiendo. vi
de. s. mendaciũ. vel tacendo veritatem hẽs. s.
Confeſſio. i. §. vij. ⁊. ij. teſtis. §. xxvi.

13 Circa. ix. ⁊. x. ꝑceptũ. vbi no. ſm Alex. in ex-
po. itõe hoꝝ ꝑceptoꝝ ꝙ tripl'r ꝑt ꝯcupiſcentia
ſumi. Uno mõ ꝓ appetitu vegetabili. ⁊ tal' ꝯcu
piſcẽtia ꝓut ẽ inordinata ẽ a fomite mouẽte. i.
a corruptiõe originalis culpe. Alio mõ ꝑt dici
appetitus ſenſibil'. ⁊ h̃ ꝓut ẽ inordinata ẽ a mo
uẽte ſenſualitate cũ fomite. Tertio mõ ꝯcupiã
ẽ appetit⁹ rõnalis. ⁊ ſic ẽ a liberi arbitrij volun
tate ꝯcupiã. primo mõ ẽ ĩ ſuggeſtiõe. ſcđo in de-
lectatõe. tertio in ꝯſenſu. ꝓ hec ğ ꝑcepta nõ ꝓ-
hibetᷣ motus ꝑmus ⁊ ſecũdus ꝯcupiẽ. q̃ ꝯſiſtit. ĩ
limites ſenſualitatis. ſꝫ ex ꝓhibitione huius ꝑ-
cepti ꝓhibetur ꝯſenſus voluntatis in opus vel
delectationem. ⁊ hoc ſub pena mortalis pctĩ.

4 Utrũ mala volũtas ⁊ opus ſint duo pctã. R.
ſm Alex. vbi. s. ꝙ qñ volũtas ⁊ op⁹ exteri⁹ ꝯſi-
deratᷣ in radice. ſ. libidĩe ⁊ in tẽptatõe ſunt idẽ
pctm̃ formalr̃. Intellige ſi ſunt ꝯiuncta. vt cã
⁊ effect⁹. Si ꝟo ꝯſideratᷣ volũtas in ſe ⁊ opus
in ſe. ſic ſunt diuerſa pctã. qꝛ alie ſunt circũſtã
tie boni debite actui exteriori q̃ȝ volũtati. qꝛ di
uerſificantᷣ mod⁹. locos. ⁊ tp̃s. ⁊ quedaꝫ alie. ſꝫ
circũſtantia finis ſit eadẽ. Si. ğ vt dicit Aug.
pctm̃ ẽ actus incidẽs ex defectu boni. alius aũt
defect⁹ ẽ hinc. alius inde. ğ ſm hoc aliud pctm̃
intellige materialr̃. Silr̃ eſſet aliud qñ ſunt ſm
aliud tp̃s. ita ꝙ intermedio cadat aliq̃d aliud
qꝛ diuerſe auerſiões. ⁊ ſic formalr̃ diuerſa pctã

5 Quare magꝫ ꝓhibetᷣ ſeorſum volũtas ⁊ op⁹
in mechia ⁊ furto q̃ȝ in alijs. R. Alex. vbi. s. qꝛ
delectatio mechie ⁊ vtilitas diuitiaꝝ ſunt ꝓpt
ſe appetibilia inquãtũ hñt rõez delectabilis vl'
vtilis. ⁊ ideo dñt in eis ꝓhiberi opus ⁊ ꝯcupiã
Sꝫ homicidiũ ⁊ falſitas hñt in ſe horribilia. ⁊
ſm ſe ita ſunt. ğ ſufficit eoꝝ ꝓhibitio.

Quare magis ꝓhibentᷣ in ſpãli auaricia ⁊ lu 16
xuria q̃ȝ alia pctã mortalia. R. qꝛ ꝓpt ĩprobita
tẽ libidinis citi⁹ ꝓgrediuntᷣ in op⁹ exterius. ni-
hilominus alia capitalia ꝓhibentᷣ ĩplicite. Su
ꝑbia ꝓhibetᷣ in adoratõe dei ⁊ honorificatione
primi. Inuidia ⁊ ira in ꝓhibitõe hoĩcidij. Ac-
cidia in ſantificatione ſabbati. Auaricia in ꝓhi
bitiõe furti. Luxuria ⁊ gula ⁊ delectatio inor
dinata carnalis ſibijnuicem ꝯiuncta ꝓhibentᷣ
in prohibitione mechie ⁊ adulterij.

Quot ſunt genera ꝑceptoꝝ euãgelicoꝝ. R. 17
ſm Aſten. li. i. ti. xliij. ꝙ q̃dã ſunt ſpãlia reſpe-
ctu ꝑſonaꝝ ꝯſidẽtiũ. vt illa q̃ ſpãlr̃ dãtur apo
ſtol'. Mat. x. q̃ omitto. Quedã ſunt generalia
reſpectu oĩm. de q̃b⁹ Mat. vi. ⁊. vij. ⁊ Luc. vi.
q̃ ſic ordinãtᷣ ab euãgeliſta. ꝑmũ ꝓhibet iraꝫ. cũ
d̃r. audiſtꝫ qꝛ dictũ ẽ antiq̃s. Nõ occides. ⁊ de
h̃ habes. s. Hoĩcidiũ ⁊ Ira. Secunduꝫ ꝑcipit
reconciliationẽ reſpectu eius quẽ leſimus. cuꝫ
d̃r. Si offers munus ⁊c̃. vade corꝑaliter ſi ſit
pñs. vel ſpũalr̃ ſi ſit abſens. ſ. motu cordis re-
conciliari fratri tuo veniã petẽdo ⁊ ſatiſfacien
do ei. vel ſi te leſit ꝓpt qđ eũ odis vade odium
cordis ſigni ⁊ opis dimittendo. ⁊ hec duo ordi
nant iraſcibilẽ. Tertiũ prohibet voluntatẽ me
chandi. ibi qui viderit mulierẽ ⁊c̃. de q̃. s. Co-
gitatio. Quartũ ꝑcipit declinationẽ occaſiõis
mechie. ibi ſi oculus tuus ſcandalizat. Ubi no-
ꝙ in oculo vel manu ꝯſideratᷣ vitiuꝫ ſiue actus
vitioſus. ⁊ iſte eſt abſcindendus ꝯſideratᷣ etiam
mẽbrũ. ⁊ iſtud cũ ſit bonũ eſt diligendũ. Ideꝫ
dicendũ de quocũq̃ȝ ꝓximo. Quintũ ꝓhibet ſe-
parationẽ ꝯiugij excepta cã fornicatiõis. ibi qui
dimiſerit vxorem. hic aũt tria ordinant ꝯcupi-
ſcibilẽ. Sextũ cũ ſequentibus q̃tuor ordinant
rõalem. ⁊ ẽ illud q̃ d̃r dico vobis nõ iurare oĩo
de q̃ iuramentũ. Septimũ ꝑcipit patientiaꝫ re
ſpectu leſionis corꝑis. ibi ſi q̃s te ꝑcuſſit in ma
xillam ⁊c̃. Itẽ reſpectu ablatõis reꝝ. ibi ſi vo
luerit tunicã ⁊c̃. da ei ⁊c̃. Itẽ reſpectu angarie
opeꝝ. ibi ⁊ quicũq̃ȝ angariauerit te. hec aũt in-
telliguñtᷣ ſm Aug. quo ad aĩ ꝑparatõez. vt. ſ. nolit
ꝓpter talia illata pacẽ cordis per odiũ amitte-
re. aliter ꝯſiliũ ẽ. Octauũ eſt ꝑceptum eroga-
tionis. ibi oĩ petẽti te tribue. de quo elimoſina
§. i. Nonũ ẽ ꝑceptũ dilectõis inimicoꝝ. vide. s.
diligere. §. i. Decimũ regulat intentõem. cũ ſe-
quẽtibus. ⁊ ẽ ꝓhibitiuũ oblique intẽtionis. ibi

attendite ne iuſticiã ⁊c. vide Intentio. Undecimũ remouet inordinatã affectiões tpaliũ. ibi nolite ſolliciti. vide. s. Auaricia. Duodecimuʒ ꝓhibet temerariũ iudiciũ. ibi nolite iudicare. vide Iudicare. Tertiũdecimũ p̃cipit debitam cautelã. ibi attendite a falſis ꝓphetis. Quartũdecimũ adducit in auxiliũ grẽ petende. ibi petite. vide Orõ. §. x. Quintũdecimũ p̃cipit equitatẽ legis nature. ibi quecũ ꝗ vultis vt faciant vobis ⁊c. ſ. neceſſario. aliter ↄſiliũ eſt. Sextumdecimũ tãꝗ ĩpletiuũ imponit conatũ ad dei amorem. cũ dr̃. intrate p̱ anguſtam portam. ſ. caritatem. ſm glo. ibidem. vide. s. Caritas.

18 Sunt ⁊ alia p̃cepta ab eccĩa indita generalr̃ oẽs ligãtia q̃ ſunt. pmũ de celibratõe feſtoꝝ ſecundũ de auditiõe miſſe. tertiũ de ieiunio in q̃dragesima ⁊ aliq̃s vigiliĩs. q̃rtum de ↄfeſſione. quintũ de cõione. sextũ de decĩs. ſeptimũ de vitãdis excõicatis. Multa ſunt alia q̃ tãgũt ſpãles pſonas. de q̃b⁹ hr̃ in diuerſis capitulis hui⁹ ſumme. vt facilius inueniantur.

PRedicare q̃s pt̃. R. vt colligo ex Car. in cle. dudũ. de ſepul. prĩo papa pt̃. xix. di. in memoriaʒ. ⁊ q̃libet cui ip̃e ↄmittit. de offõ. dele. c. fi. Cõmiſſariĩ ꝟo ei⁹ alteri ſubdelegare nõ pñt. d. c. fi. ⁊ epĩ etiã in alienis dioceſib⁹. niſi ꝓhibeant̃ ab epĩs dioceſ. xxi. di. in nouo. ⁊ q̃libet diacon⁹ cui ipĩ ↄmittũt pñt in eoꝝ dioceſi. ſʒ nõ ex̃. xvi. q. vĩj. nullus oĩo. Tertio oẽs prelati eccleſiaſtici ſi ſunt diacones pñt ſuis ſubditis p̃dicare. ſʒ nõ aliĩs. niſi ab epõ approbatꝫ aut pͥuilegiatis. vt de here. excõicamus. el. primo. §. ſane clerici. quarto ſm aliquos q̃libʒ clericus. qõ lĩmito veꝝ vt ſit diaconus ⁊ nõ ꝓhibitus ſpãliter. xix. di. ſm. ⁊ ibi no. glo. ⁊ Inno. ⁊ Ho. de here. in. d. c. excõicam⁹. quito mĩores ⁊ p̃dicatores ab eoꝝ p̃latꝫ licẽtiati. d. cle. dudũ. Uñ ſi p̃dicare volũt. ĩ. ſepta monaſteriĩ ipõꝝ l̃ in locis aliĩs eoꝝ lʒ ſint lõge a domib⁹ eoꝝ. dũmõ ſint ad eoꝝ vſum pñt ſine aliq̃ licentia ſm Lau. ⁊ Zenze. in. d. cle. dudũ. Silr̃ qñ volũt p̃dicare in plateis cõib⁹. nec pñt ꝓhiberi in p̃fatꝫ locis. niſi hora qua p̃lati. i. hñtes iuriſditõnem q̃ſi epãlẽ. vt no. Car. ⁊ glo. in. d. cle. dudũ. p̃dicant ſolẽniter. i. publice populo generaliter. vl̃ faciunt coram ſe ſolẽniter predicari.

1 Sʒ nũquid vicari⁹ epĩ ſilr̃ h̃ poterit. R. car. ibidẽ ꝙ ſic. ſi ip̃e vult p̃dicare. vt epĩ vicarius ſecus ſi vt ali⁹ p̃latus. vel vellet corã ſe p̃dicari facere. qꝛ in h̃ nõ repñtat pſonã epĩ. ⁊ ſic nõ tenẽtur ceſſare prefati fratres.

2 Quid ſi tal̃ hñs q̃ſi iuriſditõeʒ epãlẽ vellet occupare totã horã matutinaleʒ. R. car. vbi. s. ꝙ nõ pt̃. ⁊ Lau. ibidẽ dicit ꝙ dʒ ꝑtiri illa hora matutinal̃. maxĩe ſi dicti frẽs nõ hñt aliã horã ↄpetentem. ar. c. mandata. de preſump.

Quid ſi volũt p̃dicare in plateis p̃uatꝫ aut eccleſiĩs alioꝝ. R. car. ibidẽ ꝙ nõ pñt ſine lĩnia eoꝝ q̃ꝝ ſunt. ſʒ de eoꝝ lĩnia pñt etiã illa hora q̃ p̃lati p̃fati p̃dicãt. excipiũt̃ ſolũ eoꝝ loca ⁊ publice platee in q̃b⁹ illa hora p̃dicare nõ pñt. 3

Utrũ laici poſſint p̃dicare. R. Pa. in. c. ſicut in vna. de here. ꝙ nõ. alias peccant mortaliter 4

Utrũ tpe interdicti poſſit p̃dicari. R. Car. glo. ⁊ Pa. in. d. c. cle. dudũ ꝙ ſic. ⁊ quilibet admittit̃. de con. di. i. c. epũs nullum. 5

Sʒ quã ſciaʒ dʒ hr̃e p̃dicator. R. Alex. in. iĩj. pte ſum. ꝙ triplex ẽ act⁹ docẽdi. pm⁹ ſimplr̃ exortãdo. ⁊ iſte ẽ oĩm. ⁊ iſtis ſufficit ſcire mandata ⁊ credẽda. ſcdõs ẽ p̃dicãdi. ⁊ iſte ẽ eoꝝ q̃ hñt ex officio. ⁊ iſtis ẽ neceſſe ſcire exponere credẽda ⁊ mãdata. ſm illud prĩe Pe. iĩj. pati oĩ poſcẽti reddere rõeʒ. terti⁹ cathedrã tenẽdi. ⁊ iſtꝫ ẽ necẽ ſcire oĩa q̃ ꝑtinẽt ad eoꝝ doctrinam. 6

Quã ↄſciam dʒ hr̃e p̃dicator. R. Alex. vbi. s. ꝙ ſimplr̃ exñs ĩ pctõ. ſiue occulto. ſiue maifeſto docẽs ⁊ p̃dicãs ſi ñ ſtudeat dolere de pctõ ſimplr̃ dr̃ ↄtẽnere ⁊ idõ peccare. Et ego credo mortaliter ſi ẽ in mortali. iux̃ illud p̃s. ꝓpterea deus deſtruet ⁊c̃. facit. l. di. q̃d ẽ h̃. ⁊. c. cũ exaudiero. ⁊. xxxv. di. c. ſexto die. in fi. ⁊ xl. di. multi Tho. in. iiĩj. tʒ ꝙ ſi docet ſacrã ſcripturã ex officio p̃latõis ꝙ peccat mortaliter ſi ẽ in mortali. ſiue occulto. ſiue manifeſto. ſed ſi docet ſicut magiſter. ſic ſi ẽ in pctõ occulto nõ peccat mortaliter. facit ꝓ h̃. s. Correctio. i. §. iiĩj. 7

Utrũ teneat̃ p̃dicator facere que p̃dicat. R. Alex. vbi. s. ꝙ ſic. quicquid aſſerit faciendũ de neceſſitate ſalutis. nõ aũt qõ p̃dicat faciendũ de ꝑfectione religionis. 8

Quid ſi p̃dicet ꝓpter honorem. vide. s. Honor. §. vĩj. 9

Predicatores ſacris lr̃is ſꝑ dñt inſiſtere nec tũc q̃rãt diſcedere cũ ex offõ alios dẽant docere. xxxvi. di. §. ecce. ꝓpterea noĩe doctoꝝ veniũt p̃dicatores ⁊ p̃lati. glo. i. c. vnico. d̃ ſũ. tri. li. vi. 10

Circa q̃ docẽdo dñt inſiſtere. R. ꝙ circa. primo credẽda. ſicut articulos fidei. ſcdõ faciẽda ⁊ ſuãda. ſic̃ p̃cepta. tertio fugiẽda. ſic̃ pctã. q̃rto timẽda. ſicut mors eterna. quito appetẽda. ſicut grĩa. ⁊ vt p̃dicatio eoꝝ fructificet. etiã p̃ us dñt orare. vt dicit glo. Gen. xxiiĩj. 11

PReces an inducant ſymoniã. vide ſymonia. v. §. iiĩj.

PRecedentia determinãt ſequẽtia. xxxiĩ q. vĩj. apoſtolus.

PRecioſum eſt oẽ rap̄ .lxxxxiiij. di. legim⁹
PRecipitatio eſt vitanda. l. di. pōderet
Eſt aũt pcipitatio qñ quis ptrãſitis gdi
bus rle diuine vel hũane rõis p ipetũ volũtatꝫ
ꝉ paſſiõis ferẽ in pcipitiũ. ⁊ ſi h facit ptẽnẽs ⁊
repudiãs diña documenta erit pctm̃ mortale.
Siliꝉ qñ lꝫ nõ ptẽnat diuina documẽta. tñ ẽ cũ
detrimẽto eoꝝ q̃ ſunt de neceſſitate ſalutis ſic
etiã erit pctm̃ mortale. vel circũſtãtia q̃ repiẽ
in oĩ pctõ mortali. Vñ dr iniquitas oĩa pcipi-
tat. alias erit veniale pctm̃. ⁊ q2 luxuria maxĩe
abſorbet rõem. ideo pcipitatio poniẽ ei⁹ filia.
PRedia vrbana vel ruſtica qñ dñr. Vide
Seruitus. in prin.
PRedo dr q̃druplicitẽ. pmo q̃ iniuſte alios
pdatẽ. ſicꝫ q̃ ſpoliat viatores ⁊ iſte ẽ excõi-
catus. xxiiij. q. iij. ſi qs romipetas cũ duob⁹. c.
ſe. ſcdo dr q̃ tollit a pſonis vltra ſtipendia ſibi
taxata. xxiij. q. i. militare. ⁊ tales ſunt raptores
⁊ ſic pdo ptineẽ ſub raptore ſicut ſpẽſ ſub gene
re. xiiij. q. v. nõ ſane in fi. ⁊ ſic dꝫ puniri pena ra
ptoꝝ. tertio ſm Hoſt. ⁊ Io. dr platus q̃ vt ſui
tiũ ipendat legato vel aliq̃ plus exigit a ſubdi-
tis q̃ ſoluat. de imu. ec. q2 plerirꝫ. q̃rto dr pdo
ſm Io. Iudex q̃ iurgiũ alienũ deputat pdã ſu
am. aut officialis indebite pecuniã accipiens.
l. omnes. C. ad le. iul. repe.
1 ¶ Quo pcepto phibeẽ pda. R. furti noĩe. xxxij
q. iiij. meretrices.
2 ¶ Cui dꝫ dari pda in bello acquiſita. R. de iu-
re principi. xxiij. q. v. dicat. ſed tu dic latius. vt
s. Bellum. in prin.
PRefacio nulla dꝫ dici in miſſa. niſi illa
de qua in. c. meminimus. de con. di. ij. ⁊ in
c. ſcdꝫ. in fi. vij. diſ. vide. s. Miſſa. §. xxx.
PRelatus large dr oĩs hñs curã aĩaꝝ ſm
Ian. in. c. firmiẽ. de ſum. tri. ⁊ in. c. qm̃. vt
li. nõ pre. ſtricte xͦo dñr ſolũ hñtes iuriſdictõem
vt pbaẽ in. c. decernimus. de iudi. iũcta glo. in
cle. dudũ. de ſepul. vbi poniẽ platus ⁊ rector ſe-
patim. do. Car. in. cle. i. de elec. cũ glo. ibidẽ. ⁊
Lauẽ. dicit ꝙ noĩe plati ꝯphendiẽ q̃libet admĩ
ſtrator hñs ppetuũ offm̃ etiã ſi ſit talꝭ q̃ ad nu-
tũ ſupioris poſſit amoueri. allegat deſuper. ne-
gli. ð. c. i. ad fi. xvi. q. i. de pñtiũ. addit Pau. ibi
dẽ. q̃cũq̃ noĩe cẽſeaẽ. de xͦ. ſi. q̃uis. cle. i. de re-
ſcri. ⁊ qd ibi no. ⁊ ex glo. pfata dicit car. obtinu
iſſe ꝙ miſter ⁊ cuſtos mioꝝ ⁊ puincialis pdica
toꝝ ſunt plati. ⁊ ꝙ pñt eẽ pcuratores. q2 cle. i.
de pcu. loquiẽ de religioſo nõ plato. ⁊ ꝙ eẽ pñt
eẽ delegati pape. vt. s. delegatus. §. iij.
1 ¶ Vtꝝ oĩs platus ſit iudex ordinari⁹. R. glo.
in. c. ij. de iudi. ꝙ ſic.

¶ Vtꝝ negligẽtia plati ſit pctm̃. R. gl. i. c. ea q̃. de 2
officio archi. ꝙ ſic ⁊ mortale. qñ ẽ in omiſſione
neccãrioꝝ ad ſuũ offm̃. vt viſitatõis correctõis
⁊ hmõi. ⁊ ſm Io. ⁊ Ber. in. d. c. ea q̃ teneẽ nõ
ſolũ de dolo ⁊ lata. ſed etiã leui culpa de dãno
eccleſiaſticaꝝ reꝝ ergo fortius animaꝝ.
¶ Vtꝝ plat⁹ teneaẽ oĩa agere cũ ꝯſilio capli 3
ſui. R. pa. i. c. nouit. de his q̃ fi. a p. ꝙ negocia
mioꝛa pt ſine ꝯſilio. vt no. doc. in. d. c. nouit. ⁊
Inno. i. c. fi. de ma. ⁊ obe. ⁊. l. ij. C. d iura. calũ.
Nã rcõres ex offõ iniũcto explicãt h mioꝛa. vt
in. d. l. ij. facit. c. edoceri. de reſcri. Negocia xͦo
ardua cã rõabili exñte quã bon⁹ vir arbitrabiẽ
pt ſine ꝯſilio capituli. alias non.
¶ Vtꝝ teneaẽ dicere culpã ſuã ſubdito qñ exceſ 4
ſit i corrigẽdo. R. c. qñ. lxxxvi. di. ꝙ nõ. itellige
niſi a ppoſito h faceret. vt. s. correctio. i. §. ij.
¶ Vtꝝ platio ſit appetẽda. R. ꝙ ñ. nec deſidia 5
fugiẽda. xvi. q. i. nos aũt. viij. q. i. oli. ⁊ trib⁹. ca.
ſe. xl. di. mlti. vñ appetẽs eã efficiẽ idign⁹. i. q. i.
pncipatus. ⁊ peccat mortaliẽ ſi deliberate appe
tit vt pſit. vide. s. ambitio. ⁊. s. eps. §. ij.
¶ Vtꝝ plat⁹ poſſit fugere. vide. s. eps. §. xxiij. 6
¶ De quibus ſpãliter ſunt interrogandi plati 7
R. s. Interrogationes. circa prelatos.
PReſcriptio eſt qddam ius ex tpe ꝯgru-
ens auctẽ legũ vim capiens. penã negligẽ
tibus inferẽs ⁊ litibus finẽ imponẽs. ⁊ ſiliẽ dif-
finiẽ vſucapio. ⁊ aliqñ vnũ ꝯphendit reliquũ.
ſꝫ ppie dñt. q2 vſucapio ẽ in reb⁹ mobilib⁹ ⁊ ſe
mouẽtib⁹. pſcriptio xͦo in imobilib⁹ ⁊ iurib⁹ in
corpabilib⁹. vt inſti. de vſuca. ⁊ lon. tẽ. p. i. R.
Iurꝫ tñ ꝯſultus ita diffinit. Vſucapio eſt acq̃
ſitio dñij p ꝯtinuationẽ poſſeſſiõis tpis ſpacio
lege diffiniti. in. l. ij. ff. de vſuca. hoc Pa. no. in
Rica. extra eo. ti.
¶ Que requiruntẽ in pſcriptõe ſm ius canoni- 1
cũ ⁊ ꝯſciam. R. ꝙ. iiij. pmuꝫ bona fides. ſ. ꝙ is
qui poſſidet rẽ quã poſſidet credat eẽ ſuã ꝉ cre
dat tradentẽ eſſe dñm vel hẽre ius diſtrahendi.
lꝫ in facto erret. ff. de ver. ſig. l. bone fidei. Hoc
limito veꝝ in pſcriptõe vbi req̃riẽ aliquis act⁹
poſitiuus. ſecus vbi nullũ factuꝫ requiriẽ. vt in
pſcriptõe libertatis ꝯ ſuitutẽ ruſticã. q2 lꝫ ſciã
me tibi debere ſuitutẽ eundi. tñ ego poſſum p-
ſcribere libertatẽ. ex q̃ ego nihil facio ꝙ ſit pec
catum. h tenet Bar. in. l. ſequiẽ. §. ſi viam. ff. de
vſucap. ⁊ Pa. in. c. fi. de pſ. Idem dic de pſcri
ptione actõis pſonalis mere penalis. vt in ra-
pina reſpectu quadrupli q̃ eſt vſq̃ ad annum
poſt ãnũ ſimpli. inſti. de vi bo. rap. in pn. vt. j. §.
xliij. ⁊ idem dic de ſimilibus.
¶ Sed qd ſi erret in iure. R. ꝙ nõ pſcribet. l. ij. 2

§.ſi a pupillo.ff.ꝓ ēpto.⁊.l.nūꝗ͂.la.ij.ff. de vſu
ca.ſecus ſi errabat in facto.ar.l.qđ vulgo.ff.ꝓ
empto.⁊ ꝓpterea dicit Inno.in.c.ſi diligenti.
eo.ꝙ poſſidens ꝯ ius non p̄ſumiť bone fidei.ni
ſi ſit poſſeſſio longi tpis. vel ꝓbabilibꝰ rōibus
fuerit acqſita.facit.c.cū eccleſia ſutrina.de cā
poſſ.⁊.p.Ex quo pꝫ ꝙ ſi ius in quo errauit erat
dubiū ꝙ error excuſaret in p̄ſcribendo.⁊ facit
tex.in.c.cū dilectus.⁊ ibi Pañ.de ꝯſue.qđ no.
Item tꝫ Hoſt.in.c.cura.de iuř.pa.ꝙ error mi
xtus.ſ.iuris ⁊ facti nō tollit bonā fidē.dat exē
plum in donatione facta vxori q̄ vir nō eſt effe
ctus pauꝑior ꝗ͂ꝫ mulier credit valere.qꝛ vſuca-
piet.l.fi.vir vxori.ff.đ dona. Bar.tñ i.l.ſi fur.
ff.de vſuca.⁊ in.l.ſꝫ ⁊ ſi.§.ſcire.ff. de pe.here.⁊
refert Pa.in.c.grauis.de reſti.ſpo. diſtinguit
⁊ dīı ꝙ quedā ſunt iura q̄ ꝓhibent aliquos actꝰ
⁊ faciēs ꝯ eē ex errore nō p̄ſumiť in bona fide ⁊
ſic intellige glo.in.d.l.ſi fur.q̄ dicit ꝙ error iu-
ris īpedit vſucapionē.qđ etiā limito. niſi eſſet
tale ius obſcurū ⁊ dubiū. Quedā ſunt iura nō
ꝓhibētia ſꝫ actui nō aſſiſtētia.vtputa teſtm̄ nō
ſolēne nō approbať a iure vt valeat.⁊ circa ta-
lia errās nō p̄ſumiť in mala fide.d.§.ſcire.
3 Quid de illo qui tpe p̄ſcriptōis hūit ꝯſciaꝫ
leſam poſtea īcipit hēre nō leſam. R.pa.in.c.fi.
eo.cū do.Anto.ꝙ ſi ex legitīa cā hūit leſam in
terrupta ē p̄ſcriptio.⁊ ſic incipiet perſcriptio
poſtꝗ͂ꝫ ꝯſciaꝫ leſaꝫ reformauit ꝑ legitīa iudicia
ar.eoꝝ q̄ no.in.c.de q̄rta.eo.⁊ in.d.c.cura. Si
xͦ fuit leſa ex leui iudicio. quā tñ reformauit
ex alijs legitīs iudicijs.ſic non fuit interrupta.
Pa.tñ inclinat ꝙ oīo interrūpať ⁊ incipiat p̄
ſcriptio de nouo tpe reformatōis. ſꝫ verior eſt
prima opi.niſi ꝯſcīa ſe firmaſſet.ꝗ͂uis ex leui
iudicio ꝙ res erat aliena.
4 Vtꝝ dubitās an res ſit ſua vel ne.⁊ hñs iu-
ſta cām dubitādi p̄ſcribat. R.ſm do. Ant.i.d.
c.fi.ꝙ nō.qꝛ iura req̄rūt nedū ꝙ ñ ſit ī mala fiđ
ſꝫ ꝙ ſit in bona fiđ.⁊ iđ lꝫ ñ ſit in mala fade ñ ē
tñ in bona.qđ tñ limita.niſi dubitatio eēt mo-
mentanea ⁊ vacillās.ſicut nō ē hereticꝰ q̄ dubi
tat.ſꝫ nō firē ⁊ deliberate.c.i.de here. qꝛ ſic nō
impediret. Et h̄ opi.ī foro aīe ē xͥor q̄ ad vſu
capionē rei.ſed reſpectu fructuū lucrādoꝝ ſuf
ficit malā fidē abeſſe.⁊ ꝗ͂uis Pa.⁊ cōis opi.⁊
glo.in.d.c.fi.teneāt ꝙ dubitatio etiā firma nō
ipedit p̄ſcriptiōeꝫ etiā q̄ ad rē. facit ꝓ ipis.l.q̄
ſcit.§.bone fidei.ff.de vſufruc.ſꝫ hoc veꝝ q̄ ad
forū ꝯtentioſum tene.non quo ad ꝯſciam.
5 Secundū qđ requiriť in p̄ſcriptione eſt iuſtꝰ
titulus.c.ſi diligenti ex̄.eo.⁊ đr hic titulus cā
poſſidendi.vt donatio.vēditio ⁊ hmōi. Exigiť
q̄ cā vera nō legitīa ſm Hoſt. vñ titulꝰ erroneꝰ
p̄ſtat cām p̄ſcribendi.ff.ꝓ ſocio.l.fi. Et ꝓpterea
dicit glo.in.d.c.ſi diligenti.ꝙ ꝓ tāto đr titulꝰ
iuſtus qꝛ dat cām p̄ſcribendi.lꝫ in xͥtate nō ſit
iuſtus.qꝛ tūc nō eēt p̄ſcriptio nccāria. Et ideo
minus iuſtus titulꝰ dat cām p̄ſcribēdi.ſi mō ad
ſit bona fides vt credat titulū ſufficere ⁊ eē iu
ſtū.⁊ h̄ veꝝ ꝙ requiriť titulus qñ aliqs iure cōi
poſſidere nō p̄t.vt laicus decimas. Nō requiri
tur titulus.alias ē ſꝑ in mala fide. Sed vbi res
p̄nt de iure cōi poſſideri.ſic nō requiriť titulꝰ.
Et ꝙ nō req̄rať titulꝰ tēnēt cōiter doc.ſꝫ Pa.
in.d.c.đ q̄rta.eo. limitat. Primo qñ p̄ſcriptio
nō eſt ꝯtra ius cōe ꝑ.c.i.eo.ti.li.vi.facit.l.quē-
admodū. C.de agri.cē.⁊.co. Scđo qñ non eſt
in vſufructu p̄ſcibendo.qꝛ lꝫ ſit ius in corpora
le.l.i.in.fi.ff.ad l.falci.⁊ quedā fuitus in rebꝰ
alijs.l.i.ff.de vſufruc.tñ requiriť titulus in eo
p̄ſcribendo alias nō p̄ſcribereť ſpacio.x.vel.xx
annoꝝ.vt ꝓbať in.l.fi. C.de p̄ſcri.lon.tem. vñ
dicit glo.in.l.corruptionē. C.de vſufruc.ꝙ ſi
etiā vſufructus.ꝯſiſtit in re mobili.tñ actio ꝑ-
ſonalis ad ipam nō tolliť triennio.⁊ idē videť
dicendū acqſitōe. Dico tñ ꝙ fructus q̄ capiūť
ex agro alieno bona fide vſucapiunť triennio.
tex.eſt no.in.l.ſequiť.§. fructus.ff. de vſuca.⁊
ibi ꝑ Bar.qꝛ ibi nō agiť de p̄ſcribēdo iure. Et
ideo cū đr ꝙ teneť reſtituere fructus extantes
in.c.grauis.de reſti.ſpo. Intellige niſi poſſeſ-
ſor ꝑ triennium ⁊ bona fide poſſideret. Tertio
limitat qñ nō agiť de ſeruitute ꝑ quā p̄ſona ob
ligať vel aſtringiť ad aliquod ſeruitiū qꝛ cum
ſit quid graue neceſſario requiriť in tali iure p̄
ſcribendo titulus.⁊ ſic p̄t intelligi.l.cū de in
rem verſo.ff.de vſuris.⁊ no. Dy.in regula poſ
ſeſſor.de re.iu.li.vi.
Tertiū qđ requiriť eſt continuatio poſſeſſio 6
nis.ꝙ res ſit poſſeſſa continue vſqꝫ in finem p̄-
ſcriptionis ſine interruptōne.c.illud extra.eo.
de regu.iur.regula ſine poſſeſſione.li.vi. Et ꝙ
poſſideat vt proprium.quia qui alieno nomi-
ne poſſidet vt coloni.⁊ qui precarios ⁊ hmōi.nō
ꝓprie poſſidet.ſed hi quoꝝ noīe poſſident.c.cū
veniſſent.de reſti. ſpo.⁊ in glo.ca.clerici.xvi.
q.iij. Si tamē interrupta poſſeſſione qñ poſſeſ-
ſor recuperat ē bone fidei ſic p̄ſciberet ea inter
ruptione nō obſtante.l.fi. C. de p̄ſcri.xxx.an.
Vtꝝ poſſeſſio ciuilis.i.ꝙ ſit talis p̄ſona q̄
poſſit legittime de iure cōi poſſidere nccārio re 7
quirať ad p̄ſcriptionē. R.ꝙ ad vſumfructū p̄
ſcribendū nō.ſꝫ ſufficit naturalis ſeu corꝑalis
poſſeſſio.l.fi.ff.de acqui.poſſ. no. Pa.in.c.ad
audientiam.eo.ti. In alijs aūt vbi preſcriptio

inducit̃ ad acq̃ſitionẽ rei vel iuris. tũc requirit̃
ciuilis poſſeſſio. ⁊ ſic ĩtellige tex. ⁊ gl. in. c. cãm
eo. ti. ⁊ iõ naturał̃ ñ ſufficit. de q̃ plene p Dy. in
r̃ła ſine poſſeſſiõe. li. vi. Vbi ṽo p̃ſcriptio idu-
cit̃ ad extinguendũ ſolũmõ ius alteriꝰ ⁊ ad defen
ſionẽ ꝯ̃ ius alteri ꝯgruẽs: tũc tali ꝺ̃fendẽti nõ ẽ
neccãria ṽa poſſeſſio ſꝫ q̃ſi. alr̃ ſeq̃ret̃ ꝙ nõ p̃ſcri
berent̃ actiões pſonales ꝯ̃ id qð h̃r in. l. ij. C. de
ꝯſti. pecu. ⁊ in. l. ſicut. C. de p̃. xxx. an. q2 nẽo ve
re eã poſſidet. niſi is cui ṽe ꝯpetit. vt no. Jn.
in. c. in l̃ris. de re. ſpo. H̃ ẽ nobilis diſtictio. Cal.
in. c. cũ nõ liceat. eo. Aduerte h̃ ꝙ poſſidens bo
na fide ⁊ vendẽs ſub ꝯditõe nõ interrũpit poſ
ſeſſionẽ. Vñ ſi deficiẽte ꝯditõe ꝓuenditio reſol
uat̃ pora tp̃a cũ poſteriorib9 ꝯtinuare poterit.
ſm Pa. in. c. illud autem eo. ti.
8 ❡ Vtꝝ poſſeſſio lõgiſſimi tp̃is. de cuiꝰ ĩitio nõ
ẽ mẽoria hẽat vĩ tituli. R. ſm. Jo. an. ĩ. c. q. de
p̃bẽ. li. vi. ꝙ ſic. q̃ñ capacitas dat̃ in exercente.
alr̃ ñ. vñ laicꝰ quãtũcũq; exercuerit actũ ſpũa
lem vł̃ alicꝰ ordĩs nũq̃ tñ p̃t illũ p̃ſcribere. Et
no. ꝙ fama p̃bet iuſtã cãꝫ credẽdi. vt no. ĩ. c. iq-
ſitioni. de ſen. exc. ⁊. c. cũ ꝯtingat. de reſcri. ⁊ p
Bar. ĩ. l. ij. C. ſi ſer. vel lib. ⁊ ĩ. l. celſus. ff. de vſu
ca. Et ſi fama erat ꝙ res fuit legata. vel ꝙ tale
fiebat p ꝑuilegiũ pape qð fuit ꝓdictũ tp̃e guert̃
⁊ hmõi. ſic curret p̃ſcriptio. vt no. in. l. ꝙ vulgo
ff. ꝓ empto. q2 ſic facit titulũ ſicut in illo cuius
ꝓcurator dixerat ſe emiſſe. ⁊ ſic credebat.
9 ❡ Quartũ qð req̃rit̃ eſt ꝙ res nõ ſit vitioſa. vt
poſſit preſcribi. ⁊ ð2 vitioſa ſi ſit furtiua aut vi
poſſeſſa. vt iſti. de vſuca. §. qð ãt. Et ſubdit tex.
ꝙ nec vliꝰ aliꝰ q̃uis ab eis bona fide emerit. vł̃
ex alia cã accepit vſucapiẽdi ius hꝫ. Et aduer-
te ꝙ in re mobili oꝫ iuſtꝰ titulꝰ inũeniat a p̃nci
pio. alr̃ nũq̃ p̃ſcribit̃. q2 ſine titulo ꝯ̃ volũtatẽ
dñi ꝯtrãs furtũ ꝯmittit. ⁊ ſic furtiua ẽ. ſecꝰ eſt
in re ĩmobili. q2 q̃uis mala fides fuerit. in p̃mo
p̃t tñ p alioſ p̃ſcribi ex eoꝝ bona fide. Et iõ nũ
q̃ res mobilis ĩ ꝯſcĩa p̃t teneri quãtũcũq; p lõ
gũ tp̃s ſit poſſeſſa ⁊ bõa fide. niſi q̃ hũit eã a pn
cipio hũerit cũ titulo. ꝓpterea ð̃r tex. in. d. §. qð
ãt. Vñ ĩ rebꝰ mobilibꝰ ñ facile ꝓcedit. vt hõe fi
dei poſſeſſori vſucapio ꝯperat. Qð no. q2 ſepe
venit in p̃ctica. Limita tñ ſm ꝙ. j. dico. §. xliij.
10 ❡ Quero vtꝝ oẽs alie res que non ſunt vitioſe
poſſint preſcribi. R. ꝙ regulariter oĩs res. oẽ
ius. omnis actio p̃ſcribi p̃t. c. ad aures. eo. ti. ſꝫ
habet multas exceptiones. q2 ſunt multa q̃ pre
ſcribi non pñt. vt. j. §. xij. cum ſe.
11 ❡ Sꝫ q̃ req̃rũt̃ ad p̃ſcribẽdũ iura ſeu ſuitutes q̃
hñt cãꝫ ꝯtinuã ſꝫ q̃ſi. R. ꝙ req̃rũt̃. v. Primũ bo
na fides. ſ. ꝙ vſus fuerit eo aĩo ꝙ vſus fuerit iu
re ſuo. ⁊ ꝙ potuerit eẽ aduerſario ꝯ̃ dicẽte. ſecꝰ
ſi cã amicitie. q2 nunq̃ p̃ſcribet. l. fi. ⁊ ibi no. ff.
quẽad. ſerui. amit. ⁊. l. q̃ iure familiaritatis. ff.
de acq̃. poſ. Secundũ tp̃s debitũ. vt. j. patebit.
Tertiũ ꝙ vſus fuerit ſciẽte aduerſario. l. ij. C.
de ſui. ⁊ ibi. gl. ⁊ doc. ⁊ eẽ patiẽte. l. q̃ties. la. ij.
ff. de ſui. q2 ſcĩa ⁊ patiẽtia in iuribꝰ incorꝑalibꝰ
aduerſarij ꝯſtituit q̃ſi poſſeſſionẽ. ⁊ iõ ſine ipſa
ñ poſſet p̃ſcribi. niſi ſit tp̃s lõgiſſimũ. ſ. xxx. an.
ſꝫ xl. an. ſm Pau. de caſtro. ĩ. l. ij. C. de ſui. Jteꝫ
niſi hũiſſet p̃ſcribẽs titulũ ab aliq̃ tertio q̃ eaꝫ
vt dñs illius fundi ꝯceſſit. q2 ſic ignorante dño
p̃t p̃ſcribi. vt no. Cy. Petrũ tenere in. l. ij. ꝓdi-
cta. Qð no. p limitatione illiꝰ ꝙ in corꝑalibus
nõ eſt dare q̃ſi poſſeſſionẽ ſine ſcĩa ⁊ patientia
aduerſarij. q2 pauci aduertũt. vt in paſcuis aq̃
ductus iuriſditionibꝰ piſcãdi. Et no. ſm Jnn.
ꝙ iſtud tp̃s incipit currere ex q̃ quis cepit illo
vti nõ vi. nec clam. nec p̃cario ſciẽte illo cui ſit
p̃iudiciũ ⁊ nõ ꝯ̃dicente. Quartũ in negatiuis.
puta altius nõ tollẽdi req̃rit̃ ꝓhibitio no. glo.
in. l. q̃ luminibus. ff. de ſui. vr. p̃. ⁊ ꝓhibitio. debet
eſſe ex p̃te p̃tendentis ſeruituteꝫ. Quintũ ꝙ ſit
dñs fundi cuiꝰ ſuitus eſt acquirenda. qð nota.
❡ Que ſunt que p̃ſcribi nõ pñt. R. xvi. p̃mo ꝯ̃
p̃ctã de iure canonico ⁊ in foro aĩe imo diutur
nitas auget. c. cũ hẽret. de eo qui du. quã pol. p
adul. ⁊. c. nõ ſatiſ. ⁊ cũ in ecc̃ie. de ſymonia. De
iure ciuili ṽo ſi peccatũ eſt momentaneum. tũc
lapſus tp̃is alleuiat penaꝫ in. l. ſi diuturno tp̃e.
ff. de pe. ⁊ q̃ñq; ex toto tollit. Vñ cõit̃ doc. ⁊ ſe
quit̃ Pa. ĩ. c. cũ haberet. dicũt ꝙ aduerſus qð-
libet crimẽ regulariter ꝓcedit p̃ſcriptio. x. ãno
rũ. vt poſt lapſuꝫ quis nequeat accuſari. ⁊ in. l.
adulter. ff. de adult. dicit̃ poſt quinquẽniũ non
poteſt quis accuſare adulteriũ niſi in duobus
caſibus. vide glo. d. l. adulter.
❡ Scðo ꝯ̃ obiam viſitatõem ⁊ ꝓcuratõem q̃ de
bet̃ rõe viſitatõis. c. cũ nõ liceat. eo. cũ ſilibus
❡ Tertio ecc̃ie loca religioſa. necnõ ius decie
p̃mitie vel oblatiõis. ⁊ oĩa alia iura ſpũalia nõ
pñt p̃ſcribi a laicis. q2 illa poſſidere nõ pñt. vt
in. c. cãm. eo. etiã ſi mille anni tranſierũt. vt. s.
dixi ſm Jo. an. in. c. ij. de p̃bẽ. li. vi. Ab eis aũt
a quibꝰ poſſideri poſſunt bene p̃ſcribunt̃. vt in
c. ad aures. eo.
❡ Quarto annexa ſpũalibus. vt ius patro. ſi ſt̃
p̃ſcribi non pñt a laicis. dicit tñ Pa. in. d. c. ad
aures. ꝙ papa poſſet ꝯcedere ꝑuilegiũ laicꝭ vt
poſſideret ſpũalia aliq̃. q2 p̃t dare p̃tãtẽ eis ex
cõicãdi. ⁊ ſic tũc p̃ſcribere poſſent que poſſide-
re pñt. Limita iſtud ad laicos ſeculares. q2 lai
ci conuerſi licet non debeant tamen poſſunt

tractare ſpiritualia cũ clericis ⁊ ꝓſcribere. videtur. iuncta glo. in. c. ex eo. de ele. li. vi.

16 ¶ Quinto nõ pt̃ ꝓſcribi limes vel qḋ adheret limitibꝰ epatuũ ꝓuinciaꝝ vel ꝓchiaꝝ. xvi. q. iij. l3 inter. de ꝓcuꝛ. ſup eo. rõ ne termini ꝯfundanꝛ ꝓuinciaꝝ vel parrochiaꝝ.

17 ¶ Sexto liber homo pro ſeruo poſſeſſus nõ pt̃ ꝓſcribi. xvi. q. iij. §. poteſt.

18 ¶ Septio publice functões agroꝝ. i. pẽſiões nõ pñt a colono ꝓſcribi. nec fundus quẽ colit. d. §. pt̃. C. de ꝓſcrip. xxx. vel. xl. an. l. male agitur.

19 ¶ Octauo via publica nõ pt̃ ꝓſcribi ex nõ vſu populi. l. viam. ff. de via publica.

20 ¶ Nono aqueductꝰ ad publicũ vſum ciuitatis ⁊ alia iura ciuitatꝫ ad publicũ vſum deſtinata ꝓſcribi nõ pñt. C. de aqueductu. l. diligẽter.

21 ¶ Decimo reſeruata principi in ſignũ ſubiectionis. vt tributũ ⁊ ſimilia ꝓſcribi non pñt. vt. l. cõpit ſerenitas noſtra. C. de ꝓſcrip. xxx. an. facit quod no. in. c. cum non liceat. eo.

22 ¶ Undecimo res quã lex vel canon alienari ꝓhibet nõ ꝓſcribiꝛ. ſic tñ diſtingue ſm Pa. in. d. c. cũ nõ liceat. ꝙ aut lex ꝓhibet alienatõem. qꝛ eiꝰ rei nõ ẽ ꝯmertiũ. nec pt̃ poſſeſſio hẽri. vt in rebꝰ ſacris. ⁊ ſic nõ vꝫ ꝓſcriptio. Aut ꝓhibet alienatõeꝫ ſimplr̃ fauore ipiꝰ rei. Exẽplũ in fundo dotali. ⁊ ſic ꝓſcriptio nõ pt̃ inchoari. l. ſi fũdũ. ff. de fun. dota. glo. ⁊ Bar. in. l. ij. C. de vſuca. ꝓ emptore. Sꝫ ſi erat inchoata añꝙ̃ talꝛ eẽt dotalis fundꝰ ⁊ hmõi. ſup q̃ ſe fundat ius. tũc nõ ipediꝛ vſucapio. tex. ẽ in. d. l. ſi fundũ. Ideꝫ dicendũ qñ res ꝑuenit ad ꝑſonã ꝓuilegiatã ꝯquã ñ poſſet ꝓſcribi. vt no. Io. an. in. c. vnico. de iure pa. li. vi. Aut lex ꝓhibet alienatõem nõ ſimplr̃. ſꝫ ſine certa ſolẽnitate. vt in rebꝰ minorũ ⁊ eccie. tũc data bona fide. ⁊ excluſo errore iuris ꝓcedit ꝓſcriptio ſi hꝫ comitantia alia. puta emi a minore quẽ credebã maiorem. vel rem a ꝓlato. ſꝫ putabam capitulũ ꝯſenſiſſe ⁊ hmõi. Secus ſi errabã in iure credens ꝙ ꝓlatus ſine caplo poſſet. vel minor ſine decreto. ⁊ ſic intellige glo. in. c. ij. de his que fi. a pre. ⁊ tex. iuncta glo. in. c. i. de re. ec. non alie. li. vi.

23 ¶ Qui ſi ẽ ꝓhibita alienatõ ꝑ defũctũ. R. idẽ dicẽdũ ſicut de ꝓhibita a lege. ſ. ꝙ vſucapio nõ pt̃ tex. eſt in. d. l. ij. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. Et hõ intellige qñ ꝓdicta ꝓhibitio fit ex cã ꝑ teſtatorẽ. ſine cã eñi non valet. vt legiꝛ ⁊ no. in. l. filius. §. diu. ff. de le. primũ. ⁊ ibi per. Bar. plene.

24 ¶ Utrũ ſilr̃ ſit dicẽdũ qñ res ꝑ pactũ ꝓhibita ẽ alienare. puta cũ res eſt obligata. ⁊ obligãs appoſuit pactũ. vt illa res interim nõ alieneꝛ ⁊ ipediꝛ dominij trãſlatio. vt in. l. ſi crediꝛ. §. vlti. ff. de diſtra. pigno. R. ꝙ ſic. qꝛ nõ curriꝛ ꝓſcriptio. vt no. Bar. in. l. vbi lex. ff. de vſuc. Pa. tñ in. d. c. cũ nõ liceat. tenet ꝙ currat ꝓſcriptio ⁊ credo verius ſi alius a predictis contrahentibus preſcribat.

¶ Duodecio res q̃ teneꝛ ꝓcario noĩe. qꝛ nõ ipſe ſꝫ dñs poſſidet. l. certe. §. is q̃ rogauit. ff. d ꝓcario. Idẽ de colono ea. rõe. l. male agiꝛ. C. de ꝓſcrip. xxx. an. Idẽ de eo q̃ poſſidet noĩe alieno ea. rõe. c. cũ veniſſent. de reſti. ſpo. Idem de pignore qḋ nõ pt̃ ꝓſcribi a creditore ⁊ vſufructuario. qꝛ cenſenꝛ in mala fide. Dicit tñ Pa. in. d. c. cũ nõ liceat. ſꝫ colonꝰ ⁊ tenens ꝓcario noĩe. ⁊ q̃ poſſidet alieno noĩe nõ poſſint ipſi ꝓſcribere tales res. tñ ſi colonus vendit alteri. ⁊ q̃ emit bona fide ꝓſcribit. ſꝫ dñs petit reſtõem in integꝝ ſi ignorauit ex regula generali. l. i. ff. ex qui. ca. ma. ſm Spe. eo. ti. ⁊ plꝫ ꝑ ea q̃. j. dicã. ſꝫ Bar. in. l. cum ſolus. ff. de vſuca. aliter ſentiat. 25

¶ Tertiodecio res empta a ꝓdigo vel luxurioſo. aut luſore alienãte. Diſtinguit tñ Pa. in. c. ſi diligenti. eo. ꝙ aut talibꝰ ẽ interdicta adminiſtratio. ⁊ ſic nõ valet ꝯtus. nec inferꝛ vſucapienti ꝯditio. vt. l. qui fundũ. §. q̃ ſciens. ff. pro empto. aut nõ ẽ interdicta admĩſtratio bonoꝝ ⁊ tũc aut ignorabat ꝙ in malũ vſum volebat ꝯſumere. ⁊ ſic pt̃ vſucapere. qꝛ eſt bone fidei. vt in. l. ſi quis cũ ſciret. ff. pro empto. Si xo ſciebat ꝙ in malũ vſum volebat expendere ꝓcium. ſic non valet vſucapere. vt in. d. l. ſi quis cũ ſciret. ⁊ ẽ. tex. no. in. l. ſi xo nõ remunerãdi cã. §. ſi adoleſcens. luxurioſus mandat tibi vt ꝓ meretrice fideiubeas. idemꝙ tu ſciens mandatũ ſuſceperis nõ habebis mãdati actionẽ. qḋ ſimile ẽ q̃ſi ꝓdituro pecuniaꝫ ſciens credideris. Sꝫ ⁊ ſi vlterius directe mandauerim tibi vt meretrici pecuniã credas non obligabiꝛ mãdati q̃ſi aduerſus bone fidei mandatũ ſit. hic tex. ff. mãdati. nec ob. l. affectiõis. ff. de dona. qꝛ ego intelligo añ factum nõ fallere in iſta lege. falleret poſt factum fornicatõis ſoluendo hanc deciſionem poſuit. Bar. in. d. l. ſi quis cũ ſciret. ⁊ ſm hanc limitareꝫ ego. l. fi. ff. de alea. vbi valet cõtractus venditõis factꝰ alteri a colluſoꝛ. ſ. verũ qñ non putabat ꝓcium in ludo velle ꝯſumere alias talis emptor nõ poterit ꝓſcribere. Nihilominus valet ꝯtractus factus in ludo cũ colluſore. vnde nec tenet vẽditio. nec teneꝛ emptor de euictione cum ſimul delinquant. l. fi. §. i. ff. qua. re. ac. nõ da. Et ꝑ ꝯſequens cuꝫ ſit in mala fide. ⁊ ꝯtractus ſit ꝓhibitus a iure non poterit preſcribere. quod nota bene. 26

¶ Quartodecimo res ignorantis non poteſt 27

p̄ſcribi.ita tenet do. Pe.de perusio tractatu de
canonica portione epi.c.q.allegat.l.cū ſex.ff.
de edi.edic.cū ꝯcor.ī glo.ibidē. Vn̄ ꝯcludit ꝙ
qn̄ q̄s ignorat hītu ⁊ actu ius ſibi ꝯpetere. pu-
ta qꝛ ignorat legatū ſibi fcm̄.ex q̄ reſultat ſibi
ius agēdi.⁊ ſic n̄ currit p̄ſcriptio Itē qn̄ q̄s ig̃
rat actu ſʒ n̄ hītu ſicec nō currit.puta collator
ſcit ſe hr̄e ius ꝯferēdi bn̄ficiū ſʒ ig̃rat factū.ex
q̄ reſultat ſibi ius agēdi.ſ.actū vacatiōis.⁊ ſic
n̄ currit p̄ſcriptio.c.qꝛ diuerſitatē.de ꝯceſ.p̄.c.
lr̄as.de ſup.negli.p̄. Pa.xo in.d.c.vigilāti dr̄
ꝙ ꝯ igrantē ⁊ abn̄tē currit p̄ſcriptō niſi ig̃rās
vl̄ abſens poſſideat ciuilr̄.qꝛ tūc n̄ currit p̄ſcri
ptio vt ī.l.male agit̄. C.de p̄ſcrip.xl.an. Ex q̄
infert ꝙ ſi me abn̄te aut ig̃rante igredit̄ q̄s poſ
ſeſſionē meā nō incipit tūc p̄ſcritio.ſʒ fuerit in-
greſſus bona fide.qꝛ p hūc ingreſſuʒ n̄ ꝑdo poſ
ſeſſionē.vt in.l.ſi id qd̄.ff.de acq̄.poſ.ſʒ an̄ꝗ̄ in
cipiat p̄ſcribere.oʒ ꝓus ꝑdā poſſeſſionem.puta
qꝛ ſciēs aliū ingreſſum ſuſpicere me poſſe repel
li.vt in.d.l.ſi id qd̄.⁊ ab eo tp̄e incipit currere
p̄ſcriptio.⁊ nō ꝓus.vt no. Py.ī rl̄a ſine poſſeſ-
ſione.li.vi.⁊ ſentit glo.⁊ apertius Bar.in.l.i. C.
de ſer.fugi. Addit tn̄ ꝙ ibi ignorās n̄ poſſidet.
ſʒ currat p̄ſcriptio.tn̄ ſi ignorātia fuit ex iuſta
cā vl̄ ꝓbabilis ꝙ tūc ſubuenit̄.ar.c.cū illoꝝ.de
ſen.exco.⁊ h̄ ſubuētio erit ꝙ reſtituet̄ in itegꝝ.
vt voluit Bar.ī.l.i.§.ſi q̄s aūt.ff.de actu itine
reꝗ̄ pri.facit glo.in.l.i. C.de pa.po.⁊ tex.opti
mus in.l.an̄ pe.ff.de acq̄.here.ſʒ magʒ mihi plʒ
opīo Pe. Vbi tn̄ ignorātia n̄ ē craſſa ꝟ̄ ſupina.
Incorꝑalia xo nō pn̄t q̄ſi poſſideri.niſi ſcien
te eo q̄ poſſidet prius. Et data eius ignorantia
non poſſunt p̄ſcribi.l.ij. C.de ſerui.⁊ aqua.no.
Inno.in.c.bone.el.ij.de po.p̄la.

6 Quītodecimo res excōicati.vt dicit Pa.in
c.i.eo.qꝛ cū ſit īpedit᷒ a lege nō dʒ ꝯ eū currere
p̄ſcriptio.l.fi.in fi. C.de ān̄a.excep. Qd̄ limito
veꝝ in eo qui nō eſt in mora petēde abſolutōis
Secus ſi eſſet in mora.qꝛ tunc īpedimentū orit̄
ex culpa ſua.⁊ ideo curreret.

Sextodecimo res furtiue vel vi poſſeſſe.nec
etiā ea q̄ ex ipſis naſcūt̄.vt inſti.de vſuca.§.fur
tiue.de quo dic vt.j.§.xliij.

Que ſunt tp̄a in qb᷒ p̄ſcriptio nō currit ſed
dormit. R. Pa.in.c.ex trāſmiſſa.eo.ꝙ.ix.tp̄a.
Primū tp̄s hoſtilitatis.⁊ vbi ius nō reddit̄. ſʒ
h̄ limitat Inno.in.d.c.qn̄ ꝓpt̄ guerraʒ ⁊ hmōi
actor agere voluit.ſʒ nō potuit.qꝛ nō erat qui
ius redderet.l.ſʒ ſi ꝑ p̄torem.§.ſi ferie.ff.ex qui
ca.ma.⁊ ꝓpt̄ h̄ dicit Bar.in.l.de etate.ff.ad tre
bel.ꝙ citatus tp̄e peſtis hʒ iuſtā cām nō ꝯparē
di.allegat.c.ad ſupplicationem.de renū.facit
glo.in.c.ſi xo.de iure iur̄. Et iō dicit idē Bar.
in.l.naturaliter.ff.de vſucap.ꝙ tp̄e peſtilentie
nō currit p̄ſcriptio.vbi q̄s fugit ex tali timore.
aut certe erit iuſta cā petēdi reſtitutiōeʒ in inte
grū ex clauſula generali.⁊ idē dic de oī alia iu-
ſta cā q̄ īpedit ne quis rem ſuā petat.l.qd̄ ꝗ̄deʒ
ff.ex q̄.ca.ma. Scd̄m tp̄s eſt qn̄ eccia nullū hʒ p̄
latū ſeu hʒ inutilem ad agendū.vtputa qꝛ eſt ex
cōicatus ſuſpenſus vel captiuus.c.qꝛ diuerſita
tē.de ꝯce. p̄ben.xvi.q.iij.c.i.de elec.qꝛ diligen
tia. Aut ē dilapidator.aut male alienās p̄lat᷒.
vt in.c.ſi ſacerdotes.xvi.q.iij.⁊ qd̄ no.ī.c.i.de
in inte.reſti.li.vi. Nā toto tp̄e p̄lati male alie-
nātis nō currit. Tertiū tp̄s qn̄ q̄s de iure impe
dit̄ agere ſicut filiuſfa.vt.l.i.in fi. C.de an̄a.
excep.⁊ in vxore viuente marito reſpectu reꝝ
dotaliū.l.in rebus. C.de iure dotʒ. Item in pu
pillo durante etate pupillari.l.ſicut vltra me-
diū. C.de p̄ſcrip.xxx.an. Quartū tp̄s ē ſciſma
tis q̄ ad ecciam romonā.vt in.c.cū nobis eo.ti.
Quintū tp̄s ꝯditōis.qꝛ res ſub ꝯditiōe nō pre
ſcribitur.l.cū notiſſimi.§.ſʒ illud. C.de p̄ſcrip.
xxx.ān̄oꝝ.qꝛ nulla currit mora. Sextū tp̄s feri
arū repentinaꝝ.qꝛ p̄caueri nō pn̄t.vt dr̄ ī.d.§.
ſi ferie. Quidā tn̄ dicūt ꝙ currit.ſʒ indulget̄ re
ſtitutio. Septimuʒ tp̄s abſentie rei publice cā.
Limitat tn̄ Inno.iſtud cū p̄cedēti qn̄ preſcri-
ptio fuit ꝯpleta tp̄e feriaꝝ.aut abn̄tie.vl̄ parū
poſt.ſecus ſi p᷒ magnū tp̄s.qꝛ tūc nō dat̄ reſtō.
facit.l.ab hoſtib᷒.§.ſed qd̄ ſimpl̄r.ff.ex qui.ca.
ma.⁊ ſatis placet.ſʒ aliꝗ̄ teneāt indiſtincte non
currere. Octauū tp̄s eſt furie vel ꝓdigalitatis
ſm̄ Jo.an.in addi.ad Spe.eo.ti. Nonū ē iacē
tis hereditatis.⁊ nō ſtat ꝑ heredē quin eam ca
piat.ſed aliq̄ mō eſt impeditus ſm̄ Pa.in.c.de
quarta.de p̄ſcri.ſʒ do.Anto.ibidem tʒ ꝙ currit
ſed reſtituetur ex generali clauſula.

Sʒ q̄ro an in p̄fatʒ caſib᷒ ita dormiat ⁊ īpe-
diat̄ p̄ſcriptio ꝙ nō ſit opus petere reſtōeʒ. R.
diuerſa fuit opīo legiſtaꝝ in.l.ſenatus.ff.de of
ficio p̄ſi.⁊ canoniſtaꝝ in.c.ex trāſmiſſa.eo.ſed
mihi plʒ opi. Inno.ꝙ īpedit̄ ipſo iure.nec eſt
neccāriū petere reſtōeʒ.niſi ſolū in tp̄e abſentie
⁊ feriaꝝ p̄t dici cū ſimili rōe tp̄s ꝓdigalitatis
etiā.⁊ ſic illa tp̄a ſubducunt̄ de medio p̄ſcripti
onis.rō ſua quare nō currit eſt qꝛ p̄ſcriptio eſt
odioſa.vt pʒ ex eo qd̄ legit̄.⁊ no.in.c.vigilāti
eo.ergo non eſt laxanda.

Quātū tp̄s req̄rit̄ in p̄ſcriptōe. R.ꝙ diuer
ſimodē ſm̄ ꝙ a diuerſis ⁊ ꝯ diuerſa fit p̄ſcriptō.

Contra ecciam romanam nō currit minor q̄
centenaria.intellige in his que ſpectant princi
paliter non ſecundario ad ipſam.ſm̄ glo.in ca.

ad audientiã eo. Vñ dic ꝙ generaľr oĩa q̃ ĩmediate ptinẽt ad diſpoſitõeꝫ pape gaudẽt ꝓuilegio, vt ẽ eccĩa latranẽſis. ⁊ res ipĩ⁹ ⁊ exẽptio ꝯ quã ſi currit mĩoꝛ ꝓſcriptio q̃ȝ cẽtenaria. Ita tȝ Jo. an. in rła ſcienti. li. vi. in mercu. ⁊ qđ no. Pau. ĩ Cle. frequẽs. đ exce. ꝑla. ⁊ Pa. ĩ. đ. c. ad audiẽtiã. Fallit ħ ĩ caſu. c. ĳ. §. i. eo. li. vi. vbi catholici ꝓſcribũt ꝯ eccĩam romanã bona hereticoꝝ q̃ ignoꝛabãt ĩ vita ꝙ eẽnt heretici. ſi ꝑ. xl. ãnos bõa fiđ ea poſſederũt. nec ĩ iſto caſu poterit romana eccĩa petere reſtitutõeꝫ. vt ĩ. đ. c. ĳ. pȝ. vbi ꝓhibet oẽm moleſtiã poſt ꝓſcriptiõem.

34 ¶ Cõtra eccĩam ĩferioꝛẽ a romana. ſiue fiat ꝓſcriptio a ꝓuato ł ab alia eccĩa. ſi ẽ ĩ ĩmobilib⁹ vel iurib⁹ hñtib⁹ ꝯtinuã cãm ſic reqrit̃ q̃dragenaria ãnoꝝ ꝓſcriptio. vt ĩ. c. de quarta. eo. ⁊ in c. i. eo. li. vi. nec reqrit̃ titulus in hac q̃dragenaria ꝓſcriptõe. ſȝ ſufficit bona fides. niſi ſit ꝯ iuſ cõe. q2 ſic reqrit̃ titulus verus ł putatiue ver⁹ c. ſi diligenti. eo. ti. Si xͦo ẽ in mobilib⁹. ſic ſm Pa. in. c. cũ dilecta. de ꝯfir. vti. vel inuti. nõ hȝ locuȝ vſucapio triẽnalis ꝯ eccĩam romanã. ſȝ ꝯ alias eccĩas. credo ꝙ habeat locũ. niſi in rebus q̃ alienari nõ pñt ſine debita ſolẽnitate. de quibus. s. Alienatio. §. v. ⁊ quatuoꝛ. §. ſequẽtibus. Et ꝙ preſcribat. habes in aut̃. quas actiones poſita. xvi. q. iĳ. §. fi.

35 ¶ Quid ſi laicus hȝ rẽ cõeꝫ cũ eccĩa ⁊ ĩdiuiſibilem. R. Pa. in. đ. c. de q̃rta. ꝙ reqrit̃ q̃dragenaria ꝓſcriptio ꝓpt̃ eccĩam. ar. l. ſi cõem. ff. queẽadmodũ ſui. ami. Jo. an. i. c. vnico. de iure pa. in nouella. dicit ꝙ vbi ius eccĩe ꝑt remanere illeſum ꝓſcriptõ cõis ꝯ laicũ ſufficeret. qđ no. in. c. ad audientiam. eo. ⁊. xvi. q. iiĳ. noluimus.

36 ¶ Sȝ nũquid reqrit̃ q̃dragenaria in re q̃ deuenit ad eccĩam q̃ cũ eẽt laici incepit ab aliquo ꝓſcribi. R. Pa. i. đ. c. de q̃rta. cõioꝛ ⁊ xͦioꝛ opi. eſt ꝙ nõ. ſȝ ꝑ p̃terito vtet̃ ꝓuilegio ꝓuati ⁊ ꝑ futuro tp̃e ꝓuilegio ſuo. ar. ĩ. l. fiſcus. la. i. ff. de iure fiſci. ⁊ iõ ſi ꝯ ꝓuatũ pñtẽ currerũt. v. ãni añq̃ȝ veniret ad eccĩam ſufficient poſtea. xx. poſtq̃ȝ venit ad eccĩam. Et idẽ dic in ſimilibus ꝓuilegiatis. facit aut̃. ſi q̃s. C. de ꝓſcrip. lon. tẽpo. ⁊ ſic in iſto caſu mutat ꝓſcriptionem.

37 ¶ Vtꝝ ꝓſcriptões iudiciales currãt ꝯ eccĩam R. Pa. in. c. fi. de in inte. reſti. ꝙ ſic vt ſunt ꝙ poſt decẽdium non appellet̃ ⁊ hmõi. ſȝ reſtituit̃ ſicut ⁊ minoꝛ iure ſpãli. vt in. đ. c. fi. ⁊. l. i. C. ſi. ſepius in inte. reſt. fue. po. ⁊ ibi ſeqtit̃ Bar.

38 ¶ Vtꝝ res patrimoniales clericoꝝ gaudeant iſto ꝓuilegio q̃dragenario. R. ꝙ nõ. ſȝ ꝓſcribũtur cõi ſpacio. ſicut alie laicoꝝ. tenet glo. in. c. poſſeſſiões. xvi. q. iiĳ. ⁊ in. c. q̃ȝ q̃ȝ. de cẽſi. li. vi. ⁊ Spe. in ti. de reſti. in inte. tȝ ꝙ nõ ꝑt reſtõem petere, ſi fuit leſus in talib⁹ bonis. ſicut facit in leſione in reb⁹ eccĩe. ⁊ iura q̃ dicũt ꝙ bona clericoꝝ gaudẽt eodẽ ꝓuilegio ſicut bona eccĩe. dicit ꝙ intelligunt̃ q̃ ad defenſionẽ. allegat. c. eccleſiaꝝ ſuos. xĳ. q. ĳ. facit qđ dicit Pe. ⁊ abbas in. c. cũ ſit. de fo. ꝯpe. ꝙ. ſ. raptores ꝓfatoꝝ bonoꝝ nõ ꝯueniũt̃ coꝛã iudice eccleſiaſtico. q2 priuilegiũ nõ dȝ extẽdi. niſi in caſibus iure exꝓſſis ⁊ idem ꝯcludit do. Anto. niſi ſit eadem oĩo rõ cum expreſſis a iure. quod nota.

39 ¶ Quid de legatis ad pias cãs. R. ꝙ ſolũmõ hẽbit locũ ꝓſcriptio. xl. ãnoꝝ. ſm glo. no. ĩ aut̃. de eccĩa. titu. §. ꝑ tp̃alib⁹. ⁊ in. c. fi. xvi. q. iĳ.

40 ¶ Contra hoſpitalia ⁊ alia pia loca reqrit̃. xl. ãnoꝝ ſicut ꝯtra eccleſiaꝫ. vt eſt tex. no. in. l. oĩa priuilegia. C. de epi. ⁊ cle. no. Jo. an. in. c. ĳ. de reſti. inte. li. vi.

41 ¶ Cõtra ꝓncipẽ diſtinguit Pa. in. c. cũ. nobis eo. ti. ſic. aut ſunt bona reſeruata ꝓncipi ĩ ſignũ ſingularis ꝓuilegĳ vel dominĳ. vt legitimare ſpurios. creare notarios. exigere vectigalia ⁊ pedagia ⁊ hmõi. ⁊ ſic reqrit̃ ſcĩa ꝓncipis ⁊ tm̃ tp̃s. de cui⁹ initio memoria hoĩm nõ exiſtat. vt eſt tex. in. ca. ſuꝑ quibuſdã. de xͦ. ſig. ⁊ ꝑ Bar. in. l. cũctos populos. C. de ſum. tri. ⁊. l. ſi publicanus. ff. đ publi. ⁊ in. l. i. ff. đ aqua plu. ar. Aut ſunt bona ꝑit̃ poſſedibilia. ⁊ ſi iſta ſunt ꝓncipi incoꝛpata requirit̃ ſpaciũ. xl. ãnoꝝ. vt ĩ. đ. l. cõperit ſerenitas nr̃a. ⁊ ſic ꝓcedit glo. in. §. fiſci. Inſti. de vſuca. Si xͦo ñ ſunt ĩcoꝛpata. ſȝ dñtaxat delata tanq̃ȝ vacãtia. ſeu ex cã publicata. ⁊ tũc ĩ bonis delatis ꝓpt̃ vectigal nõ ſolutũ ſufficit tp̃s. v. ãnoꝝ. vt. l. ĳ. C. de apoſta. In alĳs xͦo ſi p̃ceſſit denũciatio ſufficit tp̃s. iiĳ. ãnoꝝ: vt. l. itra. iiĳ. ff. de diuer. ⁊ tẽ. ꝓſcri. Si xͦo denũciatio ñ interuenit. ⁊ ſic ſi habuit bonã fidẽ tm̃ reqrit̃ tp̃s. xx. ãnoꝝ. l. in oĩb⁹. ff. de diuer. ⁊ tẽ. ꝓſcri. Si aũt vltra bonã fideꝫ habuit titulũ. ſic ſufficit tp̃s. x. ãnoꝝ. ſic loquit̃. l. q̃ȝuis. ff. de vſuca. ⁊ no. Bar. in. đ. l. in oĩb⁹. Cõtra q̃ſcũq̃ȝ alios a p̃dictis diſtinguo. Aut ſum⁹ in actõib⁹ ꝑſonalib⁹. ⁊ ſic requirit̃ ſpacium. xxx. ãnoꝝ. Qđ limitat Pa. in. c. in cã. de cã poſ. ⁊ ꝓpri. verũ qñ ꝯcurrit ſola patiẽtia. ſecus ſi cũ patiẽtia iteruenit aliud. vt ẽ tex. in. l. ꝓcula. ff. đ ꝓba. vbi ex taciturnitate lõgi tp̃is ꝓſumit̃ dimiſſum fideicõmiſſum debitũ. ſi ſepius de alĳs hita rõe nõ ſit hita de fideicõmiſſo mẽtio. Aut ſum⁹ in reb⁹ ĩmobilib⁹. ⁊ ſic ſi poſſidet cũ titulo requirit̃ ſpaciũ. x. ãnoꝝ int̃ pñtes ꝯtinue. ⁊ ꝑ. xx. int̃ abñtes ⁊. l. fi. C. de. ꝓſcri. lon. tẽ. Si xͦo ptim fuit pñs partim abſens duplicabitur tempus abſentie

ſtlũ aũt. ꝙ ſi q̃s q̃buſdã. C. ꝺ ꝓſcrip. lõ. tẽ. ſine
titulo p. xxx. ãnos cũ bona fiꝺ ⁊ reliq̃s ꝓſcribit̃
vt in. c. ſcõꝝ. eo. ti. xvi. q. iij. §. ꝑt. ⁊. l. ſi q̃s ẽpti
onis. C. de ꝓſcrip. xxx. an. Aut ſumꝰ ĩ ſuitutibꝰ
⁊ tũc ſi hñt cãm ꝯtinuã ꝟ q̃ſi regl'r ꝓſcribit̃ lon
go tp̃e. ſ. x. ãnoꝝ ĩter p̃ñtes. ⁊. xx. int̃ abñtes ſic̃
ĩmobilia. tex. ẽ in. l. fi. C. de ꝓſcri. lõ. tẽpo. ⁊ ĩ. l.
ij. C. ꝺ ſui. ⁊ ibi glo. ⁊ doc. h̃ no. Si ꝟo ſuitꝰ hꝫ
cãm diſcõtinuã. tũc regl'r ñ ꝓſcribit̃. vt ẽ tex. in
ꝺ. l. ſuitutes. ⁊ ibi ꝑ doc. Fallit ꝑmo qñ q̃s vſus
ẽ tãto tp̃e cꝰ ꝯ̃riũ memoria ñ exiſtit. l. h̃ iure. §.
ductus aq̃. ff. de aq̃ q̃ti. ⁊ eſtiua. no. glo. ⁊ doc.
in. ꝺ. l. ſuitutes. ⁊ tp̃s cẽtũ ãnoꝝ ẽ tp̃s de cꝰ ini-
tio ñ extat memoria. vt tꝫ do. Jnno. ĩ. c. veniẽs
de teſti. ⁊ Car. ĩ. c. ſi diligẽti. de ꝓſcri. Jtẽ ſcꝺo
qñ hñit. ti. ꝯceſſiõis a dño q2 ꝓſcribet in. x. ãnil
inter p̃ñtes ⁊. xx. ĩter abſentes. ita no. glo. ĩ. ꝺ. l.
ſuitutes. Silr ⁊ t'tio ꝓſcribit̃ qñ hñit veꝝ titu-
lũ a tertio. q2 ꝑ. x. ĩter p̃ñtes. ⁊. xx. it̃ abſentes ꝑ
tex. in. l. fi. ff. de ꝓſcri. lõ. tẽp. ſm Pau. de caſtro
in. ꝺ. l. ſuitutes. Aduerte ꝙ ẽ dr̃a ĩter ꝓſcriben
do ruſticanã ⁊ vrbanã ſuiturẽ q2 ruſticana ꝑdi
tur ꝑ ñ vſũ. ſꝫ vrbana ñ niſi aliꝰ ſimul vſucapiat
libertatẽ. puta hẽo feneſtras q̃s lꝫ obſtruã ñ ꝑ
do ius. ſꝫ ſi alius ꝑ idẽ tp̃s aliꝰ eleuauit murũ
ſuũ ſic amitto. h̃ ꝓbãt̃ in. l. h̃ aũt iura. ff. de ſui.
vrba. ꝑdi. Quid aũt ſit ſuitꝰ vrbana ⁊ ruſtica-
na. viꝺ ſuitus. in ꝑn. Et nota ꝙ tũc ſuitꝰ ꝺr hr̃e
cãm ꝯtinuã ꝟ ꝑpetuã qñ ẽ in vſu actualit̃ ⁊ po-
tẽtialit̃. vt ſuitus aq̃ductus. ⁊ ſuitꝰ altiꝰ ñ tollẽ
di ⁊ ſilẽs. Rõ q2 lꝫ a ꝑncipio req̃rat̃ ſcm̃ hoĩs.
nõ tñ ſꝑ. q2 poſtq̃ aq̃ ẽ deriuata ĩ canale facto
nature ꝯtinuat̃. ⁊ ꝑ ſeiꝑam ſꝑ fluit. ⁊ in ſuitute
tigni imũcti ꝟ onerꝫ ferẽdi. ꝙ poſtq̃ ſemel ẽ im
miſſuꝫ ꝯtinuat̃. Aliqñ ꝟo ꝺr hr̃e cãꝫ q̃ſi ꝯtinuã
ꝟ q̃ſi ꝑpetuã. qñ ꝑpetuo ſeu ꝯtinuo potẽtial'r ſꝫ
ñ actual'r ẽ in vſu. vt ẽ ſuitꝰ ſtillicidij. ꝟ ductꝰ aq̃
ex celo cadẽtis. Rõ q2 lꝫ nõ ſꝑ exerceat̃ actu tñ
apta nata ſꝑ exerceri ſine ſcõ hoĩs. q2 cũ pluit
ſtillicidiũ ẽ ſꝑ aptũ recipe aquã ſine ſcõ hoĩs ꝑꝰ
q̃ ſtillicidiũ ẽ. Aliqñ ſuitꝰ ꝺr hr̃e cãm diſconti
nuã qñ nõ ẽ ſꝑ in vſu actual'r nec potẽtialit̃. ſꝫ
neccãrio req̃rit ſcm̃ hoĩs qꝺ ñ ꝑt eẽ ꝯtinuũ. vt ẽ
ſuitꝰ itineris. vie ⁊ ſimiliũ. h̃ no. ꝑ. glo. ⁊ doc. ĩ
l. ſeruitutes. la. ij. ff. de ſerui. ⁊ in. l. foramẽ. ff. ꝺ
ſui. vr. ꝑ. Aduerte h̃ q2 in ſeruitute q̃ amittit̃ ꝑ
nõ vſuꝫ ſi hꝫ ſolũ ĩtualla dieꝝ ꝟ noctiũ tm̃. vꝟ bre
uioris ſpacij ꝓſcribit̃ ꝑ. x. ãnos. it̃ p̃ñtes ⁊. xx. ĩ
ter abſentes. Si aũt hẽat intualla ãnoꝝ ꝟ mẽſiũ
req̃rit̃ tp̃s duplicatũ q̃ ad p̃ñtes vꝫ. xx. ãnoꝝ. ſꝫ
q̃ ad abſentes aliq̃ tenent ſil'r. ſ. ꝙ. xl. Sꝫ credo
ꝙ ñ duplicat̃ ſm Jo. glo. in. l. fi. C. de ſeruitu.
quẽ ſequũt̃ cõit̃. gl. Accur. Bar. ⁊ Bal. ⁊ doc.

ibidẽ. ⁊ Jnno. in. ꝺ. c. ꝺ quarta. q2 ꝓ vltia opi.
h̃ poſita q̃ ẽ ſua iux̃ glo. no. in. l. q̃ filiũ. §. ſabinꝰ
ff. ad treb. vbi ꝺr ꝙ vltia opi. in dubio ẽ tenẽda
Jtẽ. ꝺ. duplicatio nõ hꝫ locũ ĩ ꝓſcriptiõe. xxx. ꝟ
xl. ãnoꝝ. nec in ꝓſtatõe ãnua. vt vult glo. in. l. cũ
notiſſimi. §. fi. C. de ꝓſcri. xxx. an. ⁊ ꝺr hr̃e ĩtual
la dieꝝ ꝟ noctiũ qñ alternis diebus. ꝟ die ſeu no
cte mihi lꝫ ⁊ tibi altero die ⁊c̃. Tp̃s ꝟo ãnoꝝ ꝟ
mẽſiũ qñ de q̃nquennio in q̃nquẽniũ. vꝟ de ãno
q̃libet vna die ꝟ pluribꝰ lꝫ ducere aquã. Aut ſu
mus in ſuitute q̃ debet̃ a re ꝑſone. vt vſuſfructꝰ
vſus. iuriſditio ⁊ hmõi. q̃ lꝫ req̃rant ſcm̃ hoĩs.
tñ nõ dicũt̃ hr̃e cãm diſcõtinuã. q2 oĩa poſſide-
ri poſſunt q̃ ꝯtinuus eſt. lꝫ actus hoĩs ſit diſcõ-
tinuus. nõ ſic in ſeruitute. q̃ a re rei debet̃. cum
res aĩm nõ hẽat. Jſte ſeruitutes g̃ q̃ debent̃ a
re ꝑſone longo tp̃e ꝓſcribũt̃ cũ titulo tñ ꝟo. q2
hꝫ ſimilitudinẽ cũ dñio qꝺ lõgo tp̃e nõ ꝓſcribi
tur ſine titulo. vt ẽ caſus in. l. vltia. in fi. C. de
ꝓſcrip. lon. tẽp. Et intellige de titulo habito a
nõ dño. q2 ſi a dño nõ oꝫ ꝓſcribere. Aut ſumus
in ſuitute ꝑſonali q̃ ꝑſone a ꝑſona debet̃. ⁊ ſic
ꝓſcribit̃ aliqñ q̃nquennio. qñ. ſ. ꝑt̃ tp̃e mortis
geſſit ſe ꝓ libero nõ in fuga nec latitãs. ſꝫ in bo-
na fide. ſic poſt q̃nquẽniũ elapſuꝫ in q̃ nõ ẽ paſ-
ſus filius ꝯtrouerſiã ſtatꝰ efficit̃ liber. no. Pa.
in. c. lꝫ. de ꝯiugio ſuo. Jn ꝑſona vero ꝓpria req̃
rit̃ tp̃s. xx. annoꝝ cũ bona fide. nec req̃rit̃ titu-
lus fauore libertatis. vt in. l. ij. C. de ꝓſcri. lon.
tẽp. alias ſeruitus oĩs ꝑſonalis cũ ſit ꝯtinua ꝓ
pter aĩm q̃ non ꝑt eẽ in ſuitute reali ſine titulo
req̃rit tp̃s lõgiſſimum. ſ. xxx. ãnoꝝ. vt no. Cy.
in. l. ij. C. ꝺ ſerui. ⁊ aqua. cũ titulo ꝟo ꝑ. x. inter
ꝓſentes. ⁊c̃. Aut ſumꝰ in debitis legatis aut ſti
pulatõibꝰ. ⁊ ſic ſm Bar. in. l. cũ notiſſimi. C. de
ꝓſcrip. xxx. an. ſi obligatio ſit de ꝓſenti. lꝫ exa-
ctio ſit dilata in diẽ. ſicut cũ teſtõr legat centũ
alicui. ita ꝙ tradant̃ ſibi. x. oĩ anno ſolũ. ſic vni
ca ꝓſcriptione tollet̃ ⁊ ꝑ ſpaciũ illud q̃ alie res.
ar. l. ſenatus. §. fi. ff. de dona. cã mor. ⁊. c. de q̃r-
ta. eo. ti. vbi vnica ꝓſcriptiõe q̃dragenaria tol-
lit̃ quarta debita ep̃o q̃ cõiter ſoluit̃ oĩ anno. q2
obligatio ẽ de ꝓſenti orta. lꝫ exactio ſit dilata.
Si ꝟo obligatio ſit in diẽ. vt in legato ſimplici
ter facto vt annuatim det̃ aliq̃d. q2 tot ſunt le-
gata quot ãnue ꝓſtatiões. ꝺ. l. ſenatꝰ. in fi. ⁊ ſic
non currit ꝓſcriptio. niſi a die extãtis obligati
onis. ⁊ ſic oꝫ tot ſint ꝓſcriptiones quot legata
Sed aduerte ꝙ ſi heres teſtõris ſcit ſe teneri.
vt cõiter preſumit̃. vt no. in. l. qui rome. §. duo
fratres. ff. de verbo. obli. nullo tempore poteſt
preſcribi. ſm Pe. de peruſio tractatu de cano-
nica portione ep̃i. q2 habet malã fidem. Jdem

dic de q̄cūq̄ȝ debitore. vt no. Ange. ī. l. q̄ ſeq̄t
§. ſi viā. ff. de vſucap. ⁊ dicit ꝙ h̄ cōiter tenet̄
ꝯ Bar. etiā ſi ſtatuto caueat̄ vt ꝑſcriberet. ⁊ h̄
ſeq̄t̄ Jo. an. in. c. ij. de excep. li. vi. Ho. in. c. ꝑ
tuas. d̄ dona. ⁊ Car. in. c. vigilāti. eo. ti. ⁊ eſt
glo. no. in aut̄. vt eccl̄ia romana cētū an. ha. ꝑ.
q̄ dicit ꝙ tale ſtatutū eēt iniquū ꝑſidiū. ⁊ ſeq̄
tur Bal. ī. c. ſi q̄s p. xxx. ſi d̄ feu. fue. ꝯtro. vbi
dicit ꝙ ꝑſcribēs ſciēter debitū ſꝑ poterit de-
nūciari. ſecus eēt ſi iḡrabat ꝓbabilit̄. ſic ꝑſcri
beret etiā q̄ ad ꝯſciam. vt voluit Inno. in. c. cu
ra. de iure pa. ⁊ ī. c. q̄ꝛ pleriq̄ȝ. de imu. ec. Pa.
tū in. c. fi. de ꝑſcri. diſtīguit ꝙ aut debitoꝛ nō
tenebat̄ offerre ita ꝙ ceſſando a ſolutōe n̄ fuit
in culpa. ⁊ ſic ꝑſcribet. q̄ꝛ nō ē in mala fide eo
ꝙ potuit cogitare qđ voluit donare l̄ relaxa
re. ⁊ qū tenet̄ offerre vide bonū tex. cū glo. in
l. itē illa. ff. d̄ ꝯſti. pecu. ⁊ pleniꝰ. ꝑ Bar. ⁊ me.
s. obligatio. §. viij. Si āt tenebat̄ offerre. ſic n̄
ꝑſcribet q̄ꝛ ē in mala fide. Aut ſumꝰ ī actōibꝰ
⁊ exceptōibꝰ. ⁊ cū varie ſint vario mō ꝑſcri-
būt̄. puta exceptio de nō numerata pecunia
poſt bienniū n̄ ꝑt opponi. l. in ꝯtribꝰ. C. de non
nu. pecu. repetitio debitoꝝ in alea n̄ ꝑſcribit̄
niſi p. l. ānos. vt in. l. aleaꝝ ludos. ff. de alea-
to. ⁊ hmōi. q̄ multe ſunt q̄ ſm̄ Pa. in. c. cū cā
de emp. ⁊ vē. etiā currūt ꝯ eccl̄iaȝ ſm̄ ſpaciū de
cretū a iure ciuili a q̄ ſunt īuēte. nec expectat̄
ſpaciū. xl. ānoꝝ. Aduerte etiā ſm̄ Bar. ī. l. ſi ab
hoſtibꝰ. C. in q̄bꝰ ca. in īte. re. n̄ ē ne. ꝙ actōes
ꝑtorie rei ꝑſecutorie ſunt ꝑpetue. niſi dent̄ ꝯ
ius ciuile. puta reddibitoria. q̄ꝛ dat̄ ꝯ ꝯtctum
validū de iure ciuili. iō finit̄ āno. Secus ſi ꝯ
ꝯtctū iualidū de iure ciuili. q̄ꝛ ſic ē ꝑpetua. qđ
no. Itē diſtīgue q̄ꝛ ſi actio ē data in penā ſo
lū ſic ꝑſcribit̄ etiā ſciēte debitore etiā in ꝯſcīa.
q̄ꝛ in penalibꝰ n̄ tenet̄ in ꝯſcīa. xij. q. ij. fratni-
tas in glo. Si xͦo data n̄ ē in penā. ſȝ ī ſatiſfa
ctiōem leſi. vt actio quāto mioꝛis. ⁊ hmōi. ſic
data ſcīa debitoris n̄ ꝑſcribit̄ ī ꝯſcīa q̄n tene
at̄ ſatiſfacere leſo. xiiij. q. vi. ſi res. Aut ſumꝰ
in rebꝰ mobilibus. ⁊ ſic currit vſucapio. ⁊ q̄d
req̄rit. vide vſucapio. §. ij. ⁊. iij. Aduerte tn̄
ꝙ ꝯ mioꝛes nō currit vſucapio. vt no. in. l. fi.
C. in q̄bꝰ ca. reſti. in inte. nō eſt neceſſaria.

43 ¶ Sȝ q̄d dicemꝰ de fundo dotali q̄ iā incepat
ꝑſcribi añq̄ȝ daret̄ in dote. R. ꝙ ꝑſcriptio ni
hilominꝰ curret lȝ n̄ potuerit īchoari poſtq̄ȝ ē
factus dotalis. ſecꝰ erit de pupillo alteri ſuc
cedēti ꝯ quē n̄ currit ꝑſcriptō durāte pupilla
ri etate. lȝ antea fuiſſet īcepta. ſȝ dormit vſq̄ȝ pꝰ
pupillarē etatem. l. fi. C. de annua ꝑſcriptōe.

44 ¶ Vtꝝ ſucceſſoꝛ ſingularꝭ īuaſoꝛis ꝑſcribat
per. x. ānos int̄ p̄ñtes. ⁊. xx. int̄ abſentes. R.
Pa. ī. c. nihil. eo. ti. ꝙ n̄ quātūcūq̄ȝ hēat bonā
fidē ꝓꝑt̄ vitiū reale qđ ſeq̄t̄ quēlibȝ poſſeſſorē
l. vicia. C. de acq̄. poſſ. ſȝ oȝ currat ſpaciū. xxx
vel. xl. ānoꝝ. ⁊ ſic bn̄ ꝑſcribit etiā in rebꝰ īuaſis
vt no. inſti. de vſuca. §. furtiue. Succeſſoꝛ xͦo
vniuerſalis n̄ ꝑſcribit de iure ciuili ſi defūctꝰ
habuit malā fidē etiā ſine violētia. q̄ꝛ cēſet̄ ea-
dē ꝑſona cū defūcto. in aut̄. de iur̄ iur. a mo. ꝑ
ſti. Py. tn̄ in r̄ła poſſeſſoꝛ. ⁊ glo. in r̄ła q̄ ī ius.
li. vi. ⁊ glo. in. c. de q̄rto. eo. ti. ⁊ alia glo. in. c.
tua. de iure pa. tȝ ꝙ de eq̄tate canoīca ſi ē bo
ne fidei poſſeſſoꝛ ⁊ in ꝑſonā ſuā īchoat ꝑſcri-
ptōeȝ ꝑſcribet. Sȝ Pa. poſt do. Anto. in. c. ſi
diligēti tenēt ꝙ n̄ ꝑſcribit. ⁊ meliꝰ q̄ꝛ cū non
hēamus ius canonicū ꝯ ius ciuile expſſum in
h̄. n̄ debemꝰ ab eo recedere. ⁊ iura q̄ allegāt lo
quunt̄ de ſingulari ſucceſſore n̄ de vniuerſali
Aduerte tn̄ hic ꝙ lȝ mala fides defūcti noce
at heredi. nō tn̄ nocet emptori ab hēde ſcđm
Bar. in. l. poſt pluribꝰ in fi. ff. de vſuca. ⁊. d.
Fran. de aretio. in. d. c. ſi diligenti.

¶ Vtꝝ diu ſoluēs indebitū teneat̄ poſtea co 45
gnoſcēs indebitū. R. ꝙ n̄. quātūcūq̄ȝ tp̄s de
fluxerit. ſȝ ꝑt deſiſtere a ſolutōe de cetero. l. li
tibꝰ. C. de agri. cē. ⁊ co. li. xi. c. ꝑuenit. de cen-
ſi. xvi. q. iij. q̄ꝛ clerici. eſt glo. x. q. iij. ⁊. q. ij.

¶ Quō īterrūpit̄ ꝑſcriptio. R. ꝙ duobꝰ mo 46
dis. ſ. naturalr̄ ſicut qn̄ deficit vnū de ſubſtā
tialibꝰ ꝑſcriptionis. vt ſi ꝑdit poſſeſſionem ⁊
hmōi. Ciuilit̄ xͦo ꝑdit̄ diuerſimode. de q̄ ad
foꝝ ꝯtētioſuȝ. de q̄ vide Pa. in. c. illđ aūt. eo.
ti. ſȝ q̄ ad ꝯſcīaȝ q̄litercūq̄ȝ q̄s ꝯſtituat̄ ī mala
fide añ ꝯpletā ꝑſcriptōem l̄ vſucapionē quo
cūq̄ȝ hoc fiat ſemꝑ interrumpit̄. ⁊ hoc tene.

¶ Vtꝝ tutus ꝑſcriptōe teneat̄ in foro aīe re 47
ſtituere rē ꝑſcriptā cū cognoſcit rē fuiſſe alie
nā. R. Pa. in. c. vigilāti. eo. ti. ꝙ n̄ ex multis
rōibus. Sȝ melioꝛ ē quā ponit ī. c. fi. eo. ti. q̄ꝛ
qđ iure poſſidet̄. iuſte poſſidet̄. ⁊ ſi iuſte hn̄. ḡ
nō alienū. ſȝ ſuū. ḡ n̄ peccat n̄ reſtituēdo. xiiij
q. iiij. quid dicā. ⁊ hāc opi. tȝ glo. in. d. c. vigi
lāti. Jo. Vincē. Tancre. Hoſt. Ho. Jo. an.
in regula poſſeſſoꝛ. li. vi. ī mercurialibꝰ. ⁊ In
no. in. c. fi. eo. ti. Hugo in. c. ſi xͦgo. xxxiij. q.
ij. Jo. Sco. in. iiij. di. xv. do. Anto. ī. d. c. vigi
lāti. dicit ſe diſputaſſe ꝙ q̄ ad foꝝ aīe tenet̄.
R. ō q̄ꝛ cā ꝑſcribēdi nō eſt oīno ſufficiēs quo
ad equitatē. Quo vero ad foꝝ ꝯtentioſum di
cit non teneri. Alij aūt indiſtincte tenēt ꝙ te
netur. Sed ego teneo opi. Pa. ꝙ non teneat̄.
niſi forte ita eēt ſcrupuloſus ꝙ n̄ poſſet depo
nere ꝯſcīam q̄n teneat̄. q̄ꝛ ſic teneret̄. xi. q. iij.
cui ē illata. Nec obſtat rō dn̄i Anto. de ꝑſcri
ptiōe ꝯ eū qui non ꝑt imputari de negligētia

qꝛ hꝫ remediū petēdo reſtitutōeꝫ ex clauſula
generali q̄ꝫ ſi peteret in ꝯſcīa erit reſtituēd⁹. ſi
xͦo n̄ peteret n̄ tenebit᷑ reſtituere ꝑ nota. ꝑ Jn
no. in. c. qꝛ pleriqꝫ. de īmuni. eccle. Jtē qꝛ pre
ſcriptio de iure canonico n̄ ſolū ē in odiū ne-
gligētis. ſꝫ etiā ꝓpt᷑ bonū ⁊ equū. xvi. q. iij. §.
ꝑt. Dn̄ ſicut dicit Bal. in. c. ſi qs ꝑ. xxx. ſi de
feu. ꝯtrouer. fue. ꝙ ſtatutū laicoꝝ denegans
audiētiā in foro ſeculari ꝓpter equū ſeu bonū
publicū valet in ꝯſcīa. nec hꝫ locū denūciatio
in iudicio eccleſiaſtico. puta ſi ſtatuto cauet᷑
ꝙ n̄ ſoluēs gabellā iuſtā nō audiat᷑. vl᷑ inſtr̄m
qͦd n̄ repit᷑ regiſtratū in li. cōis p̄ſumit᷑ falſuꝫ
Jdē dicit Bar. in extrauagāti ad repmēdū ī xͦ.
denūciatōeꝫ de veleiano ⁊ macedoniano ꝙ n̄
valet denūciatio in foro eccleſiaſtico. qꝛ dat᷑
eis maxima equitate naturali. ſic a fortiori n̄
habebit locū in p̄ſcriptiōe que tā a iure ciuili
q̄ꝫ canonico ꝓpter bonū publicū eſt inuēta ⁊
cū maxima equitate. ⁊ iō veriſſimā crede etiā
in ꝯſcientia opi. Pa. ⁊ ſequentium eum.

48 ¶ Sꝫ q̄ro qͦd remediū poterit hr̄e ille ꝯ quē ē
ꝯpleta p̄ſcriptio ⁊ cui nulla p̄t imputari negli
gētia. R. ꝙ ſi aliq̄ legitiō īpedimēto fuit de-
tent⁹ cōit᷑ tenēt doc. ꝙ petere poterit reſtōeꝫ
in īegrū vſqꝫ ad q̄tuor annos ſeq̄ntes. qui in
cipiūt a die ſcīe poſt ceſſatiōem īpedimēti le-
gitimi. rō qꝛ iſtud quadriēniū nō currit igno
rāti. vt in. c. i. de reſti. in inte. li. vi. Jn verbo
ſi qs negligēter omiſerit. Jgnorās eīn nō ne
gligit. vt ꝓbat᷑. in. c. ij. ītēto. c. qꝛ diuerſitatē.
de ꝯce. p̄ben. Et hanc opi. tenet Jo. de ligna
poſt Zenze. in cle. vna. de in inte reſti. ⁊ Pa.
in. c. auditis. de reſti. in inte. ⁊ placet mihi vt
ſapiat naturā eius in cui⁹ loco ſurrogat᷑. ar.
c. eccleſia. vt lite pen. qꝛ iſtud quadriennium
ſuccedit loco anni vtilis qui olim ꝯpetebat.
vt in. l. fi. C. de tempo. ⁊ in inte. reſti. ⁊ ideo a
principio erit vtilis. ſꝫ poſtea ſit ꝯtinuus.

49 ¶ Vtꝝ eccīa petat reſtōem in īegꝝ poſt cō-
pletā p̄ſcriptionē. R. cōiter tenet᷑ ꝙ ſic. in. c.
i. e. ⁊ glo. in. c. i. de reſti. in inte. vſqꝫ ad q̄tuor
annos. vt. s. dixi. de īpedimēto legitiō. ⁊ ad.
c. ſcōꝝ. dico ꝙ ē veꝝ ꝙ nō dat᷑ qn̄ eccīa p̄ſcri
bit ꝯ eccleſiā. vt ibi. Silr̄ ſi velles tenere ſm
aliquoꝝ opinionē ꝙ currit ſemꝑ p̄ſcriptio in
caſib⁹ q̄bus dixi dormire. dic ꝙ dabit᷑ illis ſi
militer reſtitutio vſqꝫ ad quadriennium.

50 ¶ Sꝫ poſſet dicere aliqs ad quid vꝫ p̄ſcriptō
ſi talis ꝯ quē p̄ſcripſit p̄t petere reſtōem. R.
ꝙ vꝫ ad h̄ q̄ ad forū ꝯſcīe. ſm Jnno. in. c. qꝛ
pleriqꝫ de imu. eccle. ꝙ nō tenet᷑ eā reſtituere
niſi petat᷑. ⁊ ſi nō petit᷑ infra tp̄s debitū iam
amplius nō tenebit᷑ etiam ſi petat᷑. qͦd nota.

¶ Vtꝝ negligēs poſſit agere ꝯ illū q̄ rē ſuā a
lienauit poſtq̄ꝫ ille cui fuit alienata vſu cepit
rē ſibi alianatā. R. ꝙ ſic qꝛ talis alienator te
net᷑ ſibi ex delicto ⁊ ſua negligentia non fecit
ceſſare delictū illi⁹. de quo vide. qͦd no. Bar.
in. l. iij. ff. de alie. iudi. mutā. cauſa facta.

Preſumptio primo erga aliq̄d aliud
ꝯſe ē triplex. Pꝛīa eſt iuris tm̄ q̄ eſt qn̄
ius ſuꝑ dubio ⁊ xͦiſimili p̄ſumit aliq̄d. Scōa
eſt iuris ⁊ de iure. q̄ ē qn̄ ius ſuꝑ aliq̄ p̄ſumit ⁊
vltra diſponit ita eē nec poſſe ꝯriū ꝓbari. ⁊ ď
iſtis hēs in glo. in. c. is q̄ de ſpō. ⁊ differt iſta
p̄ſumptio ſcōa a fictōe iurī qꝛ p̄ſumptō ē ſuꝑ
facto dubio in q̄ ius vadit ꝑ ꝯiecturas p̄ſumē
do ita eē ⁊ diſponēdo ꝙ vult ita eē ⁊ nō poſſe
ꝓbari ꝯriū. Fictio xͦo ē ſuꝑ certo vno mō ꝯſi
ſtente qͦd tn̄ alit᷑ a iure eē fingit. puta certa ē
lex ꝙ mulier nō ē ſtipulata dotē ſibi reddi. tn̄
fingit ſtipulationē interueniſſe. l. vnica ī ꝑn.
C. de re. vxo. act. Jdē in arrogato q̄ ſempꝑ fin
git᷑ ſtipulat⁹. iiij. ꝑ. ē. de bonis arrogatoris ſi
emācipet᷑. l. ſi arrogator. C. de adop. ⁊ hanc
drīaꝫ no. glo. in. d. l. vnica. in. §. accedit. ⁊ ſic
ꝯ fictiōeꝫ iuris n̄ p̄t ꝓbari. qꝛ lex oīno intēdit
ꝯ xͦitatē fingere glo. ē in. l. a diuo pio. §. ſi pi
gnora. ff. de re. iudi. ſꝫ p̄ſumptio iuris. ⁊ de iu
re aliqn̄ admittit ꝓbatōem. vt no. in. d. c. is q̄
fidē. de ſpō. ⁊ in aut. ſꝫ iā neceſſe. C. de dona.
ante. nup. Tertia ē hoīs. ⁊ h̄ triplex. Prima
violēta. vt cū inuenit᷑ ſolus cū ſola in loco ſu-
ſpecto. puta lecto. ⁊ hmōi. de qua in. c. lr̄is. ⁊
c. ſe. de p̄ſum. xxxij. q. i. dixit dn̄s. ⁊ hec valet
ad ꝓbatī. oīa excepto crimine maxie graui. fa
cit. c. lr̄as. de p̄ſum. vbi ex vehemēti p̄ſumpti
one nō punit᷑ qs de crimine. qꝛ in crimīe dn̄t
eē ꝓbatōes luce clariores. C. de ꝓba. l. fi. v. q.
vi. ephiphaniū. vn̄ ex iſta iudicās ꝓximū ſuū
in aīo ſolū aliq̄d delictū ꝯmiſiſſe n̄ peccat. qꝛ
lꝫ ex tali iudicare. vt pꝫ ī. d. c. lr̄is. ⁊ tenet Ni
co. de lira ſuꝑ Mat. vij. c. ⁊ Alex. de al᷑. ſe. ſe.
Scōa ē ꝓbabilis q̄ inſurgit ex aliq̄b⁹ ſuſpiti
onib⁹ ꝓbabilib⁹. ⁊ hec facit ſemiplenā ꝓbatio
nem. ⁊ ſi qs infamatus ſit inducit purgatōeꝫ
de pur. ca. c. ſi qs de gradu. ⁊ aliqn̄ cū vno te
ſte vel iuramēto facit plenā ꝓbatōem de p̄ſū.
illō ⁊ in hac debem⁹ aſpicere actū ſm ſuā exi
ſtentiā ⁊ naturā. vt in. c. lr̄as. ⁊. c. tertio loco
eo. ti. nō ſm accn̄talia. ⁊ iō male dicit glo. i. c.
abſit. xi. q. iij. dū dicit ꝙ vidēs clericū oſculā
tem mulierē dꝫ p̄ſumere ꝙ bn̄dicat eaꝫ. Nam
factū ꝯ legē nō dꝫ p̄ſumi niſi malū. ar. c. i. eo.
⁊. l. nā ludus nox⁹. ff. ad. l. acqui. ſicut ē talis
actus cū etiā clericus ꝓhibeat᷑ ſolus cū mul-
ere fabulari. lxxxi. diſti. Clericus. Et ex iſta

poſſumus iudicare, ſine pctō malū qd̄ videm⁹.
ſed iudicare aliud qd̄ nō videmus cuius iſta ē
p̄ſumptio ē mortale pctm̄ ſi pueniat ad firmā
aſſertionē cū ptinacia ſm Alex. vbi. s. veniale
aūt ſi ſtat in ſola ſuſpitione. ⁊ hec ē tutior opi.
q̄uis glo. in. d. c. litteris. ⁊. d. c. ſi qs. de gradu
videat̄ tenere fore licitū etiam iudicare ex hac
ſuſpitione. Alia ē temeraria q̄ ſurgit ex malis
hoībus vel ex cauſis leuibus vel vbi actus p̄t
eq̄ referri ad bonū ſicut ad malū. ⁊ de hac loq̄
tur. c. eſtote. de re. iur. q̄ debemus interp̄tari ī
meliorē ptē. Vn̄ nota ſm Nico. ⁊ Alex. vbi. s.
q̄ ex talibus leuibus ſignis dubitare de boni-
tate frīs ē pctm̄ veniale q̄r pcedit ex humana
fragilitate. nec dr̄ iudiciū p̄prie ſ; ſuſpitio. ſed
ex talibus firmiter tenere in aīo q̄ frat̄ ſit ma-
lus malo pctī mortalis ſic eſt pctm̄ mortale. ⁊
hoc p̄prie dr̄ iudiciū qd̄ ē c̄ caritatē fraternā.
Secus ſi iudicaret de pctō veniali q̄r eēt veni
ale. Si vero ex talib⁹ pcedit ad punitionē mul-
to fortius ē mortale. ⁊ de talibus intelligit̄ il-
lud. Nolite iudicare. ſ. ex leuibus ſignis. Vn̄
hec p̄ſumptio hoīs dr̄ firmatio pceptus men-
tis ab hoīe facta ex aliquibus cōiecturis colle
ctis. ⁊ differt ab opinione vel ſuſpitione. quia
opinio vel ſuſpitio nō firmat pceptū vt notat
bar. in. l. admonēdi. ff. de iureiur. vt no. Pa. in
c. fi. de iureiur.

Preſumptio ſecūdo erga ſeip̄m ſm
q̄ accipit̄ a theologis in. iij. diſt. xxvj.
maxime a Ri. ē duplex. Vna q̄ oritur
ex p̄pria v̄tute p̄ quā qs audet in opa exceden
tia p̄priā v̄tutē. ſicut cū qs ponit ſe ad audien
dū cōfeſſiones. cū ignorās ſit ad medendū cū
neſciat ad ſulendū ⁊ hmōi. vn̄ ſi ex hoc pōt ſe
qui aliqd̄ piculum aīe vel corpis. vel notabile
dānū eſt mortale pctm̄. Secus ſi qd puū malū
q̄r eēt veniale. Item cū qs ponit ſe ad iudicā
dū qs nō p̄t. vt laicus clericū. vel ad faciendū
officiū ad qd̄ nō ē ordinatus ⁊ hmōi. cōiter eſt
mortalis p̄ſumptio. ⁊ hec ē ſpēs ſupbie ⁊ op-
ponitur magnanimitati vt dicit phs. iiij. ethi.
⁊ orit̄ ex vana glīa. vn̄ Gre. xxxj. moral. ponit
p̄ſumptionē nouitatū filiā vane glīe. Alia ē p̄
ſumptio q̄ ē pctm̄ in ſpūmſctm̄ q̄ opponit̄ virtu
ti ſpei. ⁊ hec direct⁹ orit̄ ex ſupbia. ſm Ric. in
iij. di. xxvj. ar. j. q̄ qs talē ſe exiſtimet. qd̄ deus
cū eē peccātē nō excludet a ſua grā. vl̄ nō puni
et. ⁊ ſic p̄uipēdit diuinā iuſticiam et hec ē gra
uius pctm̄ q̄3 p̄ma. Sed grauius iſta ē deſpa-
tio. ⁊ de iſtis vide. s. peccatū. §. iij.

Primas quis ſit. xcix. diſt. §. j. ⁊ vide
patriarcha.

Primicia ſm Alex. in. iij. pte ſumme.
eſt pars prima frugū dn̄o offerēda.
Vtrū ſit d̄ p̄cepto. R. ſm Alex. q̄ ſic 1
duobus caſibus. primus qn̄ eſt cōſuetudo. ſe-
cundus qn̄ eccleſie miniſtri indigent et ipſas
petunt. Intelligo de miniſtris illius eccleſie
cui debētur. alīs ſunt de cōſilio. ſunt enī de iu-
re naturali et diuino. et de p̄cepto iudiciali ſi-
cut ⁊ decime. ⁊ ſm diſtinctōz. vt. s. decima. §. ij
Cui debet̄. R. q̄ eccleſie prochiali. ar. c. do 2
ctos. et. c. moderamine. xvi. q. i.
Quota ps pro p̄uincia d; dari. R. q̄ quidā 3
dicūt q̄ ad min⁹ d. lx. vnū. Alij dicūt q̄ in feri
bus ſp̄ primogenitū. in alijs aridis ⁊ liquidis
de. xl. vnū ad plus. vl̄ ad min⁹ de. lx. Sed plac;
mihi magis opi. Jn. in. c. i. de decimis. q̄ ex q̄
nō inuenit̄ expreſſū in iure canonico relinquit̄
in optione dātis vt det q̄ntū vult. niſi cōſuetu-
do regionis aliud inducat. et hoc tene.

Princeps in ſpūalibus dr̄ papa. In
tpalibus vero impator. regēs etiā ci-
uitatē habet̄ loco p̄ncipis. vt no. glo.
et Cy. in. l. fi. C. de p̄ſcrip. lō. tpis. ⁊ Bar. in. l.
hoſtes. ff. de captiuis. et iō ſic ſcīa p̄ncipis ſup
plet defectū cuiuſlibet ſolēnitat; vt dicit Bal.
in. l. nullus. C. ad. l. iul. ma. et qd̄ no. Jn. in. c.
cū oporteat. de ac. ſic ſi fiat aliquid d̄ ſnīa. aut
ſcīa. regētis ciuitatē. qd̄ verū credo in tpali-
bus nō aūt in oīb⁹ ſpūalibus.
Vtrū p̄nceps poſſit alicui auferre rē ſuā et 1
dare alteri. R. cōit̄ tenet̄ q̄ nō ſine cā. vide. ix
q. iij. p̄ p̄ncipalē. et. C. ſi c̄ ius. vl̄ pu. vtilitatē.
Vtrū p̄nceps obliget̄ ex c̄ctu ſuo. R. ſūt opi 2
niones i. l. digna vox. C. de legib⁹. Bal. tn̄ de
vſib⁹ feudoꝝ in Rica de natura feudi tz q̄ ſic.
vn̄ dicit q̄ ſi p̄nceps inueſtiuit aliquem de ba
ronia vl̄ caſtro q̄ nō p̄t eū p̄uare ſine culpa nec
ſucceſſores ī impio vl̄ regno vt ex̄ de iudi. no-
uit. nec ob. q̄ h; plenitudinē ptātis. q̄r de⁹ ſub
iecit ei leges ſ; nō c̄ctus ex q̄bus obligat⁹ eſt.

Priuilegium p̄prie eſt qn̄ aliqd cōce
dit̄ c̄ iura. et ſic dr̄ q̄ſi p̄uata lex. vt p; 
iij. di. p̄uilegia. Si vero aliqd ccedat̄
qd̄ ſit p̄ter ius cōe. ſic p̄prie dr̄ bn̄ficiū ⁊ nō p̄ui
legiū hoc no. Pa. in. c. olim. de ver. ſig.
Quot ſūt ſpēs p̄uilegioꝝ. R. quinq;. qdd̄ā 1
reale. et illud qd̄ ecc̄ie dignitati ciuitati vel a-
licui loco vel aliq̄b⁹ p̄ſonis rōe loci vel alicui⁹
rei cōcedit̄. ex eo. c. cū olim. et. ſe. et tale eſt ppe
tuū. q̄r adheret rei. niſi forte res p̄imat̄. xxv. q.
ij. c. i. et p̄ totū vl̄ niſi reuocet̄ ex cā. c. recolētes
§. i. de ſta. mo. Quoddā ſingulariter perſona-
le. vt illud quod alicui vel aliquibus perſonis

cõcedit̃ certis ⁊ ꝓꝛijs noĩbus expꝛ̃ſſis.⁊ e offi.
le.volẽtes.⁊ tale nõ egredit̃ ꝑſonã cui cõcedit̃
niſi h̃ exprimat̃.de ꝯceſ.pꝛe.c.ꝯſtitutꝰ.et ſi ꝯce
dit̃ obtẽtu dignitatis nõ vtit̃ eo ſi aliã dignita
tẽ adipiſcat̃.c.bone.§.ſi.de poſtu.pla. Q.ṽdã
eſt cõiter ꝑſonale qđ ꝯcedit̃ ꝑſonis nõ expꝛ̃ſſis
ꝓꝛijs noĩbꝰ ſicut de ꝑuilegio minoꝝ.xxv. an‑
noꝝ.ff.de mino.l.i.ꝑ totũ.Q.ṽdã ſingulariter
ꝑſonale ẽ ⁊ cõiter coꝛꝑale vt illđ qđ alicui col
legio vel vniuerſitati cõcedit̃ ſic ꝙ q̃libet ſin‑
gularit̃ de illa vniuerſitate ſe poſſit iuuare. de
ſen.excõ.c.cõtingit. hmõi ſunt ꝑuilegia ꝯceſſa
fratribꝰ minoꝛibꝰ ⁊ p̃dicatoꝛibꝰ.Q.ṽdã tñ cõi
ter coꝛꝑale vt illud q̃ ſolũ cõitas nõ ſingularꝫ
p̃t ſe iuuare.ſic đr.xij.q.ij.q̃ manumittit̃.et iđo
ꝑuilegia talia dicunt̃ coꝛꝑalia. qꝛ cũ collegio
pereũt ſicut coꝛpus cui inherent.

2 Q.uis p̃t ꝯcedere ꝑuilegiũ.R.ꝙ papa ĩ ſpi
ritualibꝰ ⁊ imꝑatoꝛ ĩ tꝑalibꝰ regularit̃ ꝯcedit
ec ĩꝑatoꝛ ꝑuilegia eccleſijs ⁊ clericꝫ.de imu.ec.
ꝑ totũ.Sed ⁊ papa etiã ĩ tꝑalibꝰ.vt no.ĩ.c.ꝑ ve
nerabilẽ.q̃ fi.ſint le.Itẽ ep̃s et ſuꝑioꝛes cũ vo
lũtate ſuoꝝ capituloꝝ.eo.cũ olim.el.ij.ſm gof.
⁊ breuiter dicas q̃ p̃t facere ꝯſtitutionẽ p̃t pri
uilegiũ ꝯcedere reſpectu ſue ꝯſtitutionis vł rei
ad ſe ꝑtinentis ſm hoſt.

3 Q.nõ eſt interp̃tandũ priuilegiũ.R.ꝙ ꝑui‑
legiũ ꝓꝛie qđ eſt ꝯ̃ ius dꝫ ſtricte interp̃tari.vt
minꝰ deroget iuri cõi q̃̄ poſſit.vt.c.cũ dilectꝰ.
de cõſue.vñ ꝑuilegiũ q̃ diſpenſat̃ aliq̃s illegi‑
timꝰ vt poſſit ad oꝛdĩes ꝓmoueri intelliget̃ de
minoꝛibꝰ tm̃.vt.s.oꝛdo.iij.§.xv.imo ſi non ex‑
primit̃ cã q̃re ꝯcedit.aut nõ ſit ex certa ſciã vel
motu ꝓꝛio nõ p̃ſumit̃ de volũtate ꝑncipis.l.i.
C.de peti.bo.imo ꝑ importunitatẽ obtentũ vt
l.i.C.de fundis limitoſis.Bal.ĩ.c.ꝫ cãm.de
ꝓba.vult ꝙ ponat̃ ſit̃ ex certa ſciã ⁊ motu ꝓpo
Idẽ dic ĩ reſcripto qđ tollit ius tercij Idem
in ꝑuilegio ad bñficia.vt in.c.q̃̄uis.de p̃ben.
li.vi.Et hec limita niſi ꝯſuetudo aliter interp̃
tetur.vt no.ĩ.c.qđ dilectio.de ꝯſan.et af.Itẽ
niſi verba aliud exprimãt.qꝛ nõ recedimus ab
ĩpoꝝ ꝓꝛia ſignificatõe.niſi de mẽte alit̃ ꝯſtet
ita no.in.c.olim.et in.c.in his.de ver.ſig.Ad‑
uerte hic ſm Pa.in.c.cũ ad hec.de cle.nõ reſi.
ꝙ ſi ꝑuilegiũ enoꝛmiter ledi[illegible]cleſiã nõ valet
niſi fiat mẽtio de hac enoꝛmi leſione.qꝛ in du‑
bio nõ p̃ſumit̃ ꝑnceps ꝯcedere aliq̃d cũ graui
diſpẽdio alteriꝰ.l.quotiẽs.C.de p̃ci.ĩpe.offe.
et in.c.ſuggeſtũ.de deci.et in.l.ij.§.ſi q̃s a ꝑn‑
cipe.ff.ne q̃d in loco pu.ꝗ taciturnitas inducit
ſurreptionẽ.c.poſtulaſti.de reſcrip.Vñ priui
legiũ immunitatꝫ ab oneribꝰ ꝑſonalibus ꝯceſ‑
ſum alicui a principe nõ liberat eũ ab alijs o‑
neribꝰ q̃ p̃t breuiter ⁊ leuit̃ expedire. caſus ĩ.l.
decurio fortunã.C.đ decu.Si vero accipiamꝰ
priuilegiũ largo mõ.ſ.pro oĩ cõceſſione q̃ eſt p̃
ter ius.ſic dico ꝙ latiſſime ꝑuilegiũ ꝑncipis ẽ
interpꝛetandũ in p̃iudiciũ ipiꝰ ꝯcedẽtis.ſꝫ in
p̃iudiciũ alioꝝ dꝫ ſtricte interp̃tari.c.qꝛ circa.
de ꝑui.in vl.gł.et ꝑ Jn.in.c.olim.de ver.ſig.
ſi etiã ſit ꝯceſſum cã pietatis.vt no.Pa.in.c.
cũ dicat.đ ec.edi.In dubio tñ dꝫ potiꝰ interp̃
tari vt aliq̃d valeat.c.abbate.de ver.ſig.et.l.q̃
tiẽs.ff.de ver.ob.niſi p̃iudicet iuri diuino vł li
bertati ſpũs.vt no.Pa.in.c.licet.de regula.

Sed q̃d dicemꝰ de ꝑuilegio ſeu gr̃a cõceſſa 4
ꝑſone cũ ſimplicit̃ loquit̃.R.ꝙ intelliget̃ ſm
ꝯditõꝫ ꝑſone.l.ſi q̃s filio.§.irritũ.ff.de iniuſto
teſtõ.c.placuit.et.c.ſic viue.xvi.q.i.et.l.plenũ
§.ij.ff.de vſu et habi.vñ dicit Bal.in.l.ex mili
tari.ff.de teſta.mili.ꝙ priuilegiũ ꝯceſſum ep̃o
de celebrãdo tꝑe interdicti videt̃ ꝯceſſũ vt poſ
ſit celebrare in pontificalibꝰ ſm qualitatẽ ſuã.

Q.nõ amittit̃ priuilegiũ.R.v.modis.ꝑmo 5
vnico actu ꝯ̃rio directe ſi fiat ab eo q̃ hꝫ ptãtẽ
renunciãdi ꝑuilegio.đ ꝯſti.c.cũ acceſſiſſent.Li
mita iſtud niſi ꝑuilegiũ eſſꝫ ad nõ faciendũ.qꝛ
nõ ꝑdit̃ vnico actu ſꝫ requirit̃ tꝑs q̃dragintã
annoꝝ ĩ eccleſiaſticis.vt no.gł.et doc.ĩ.đ.c.cũ
acceſſiſſent.ſcđo ꝑdit̃ ſpacio annoꝝ.x.qñ datũ
eſt ad aliq̃d faciendũ.ſi ꝑuilegiatꝰ eo nõ vtit̃.
l.i.ff.de nundinis.qđ limitat Pa.ĩ.đ.c.cũ ac‑
ceſſiſſent.verũ qñ nõ ꝯfert̃ eccie.alr̃s ſecꝰ.et ma
xime h̃ locũ hꝫ qñ nõ faciẽs ꝑmittit facere actũ
ꝯ̃riũ.l.hec aũt iura.ff.de ſer.vr.p̃.tertio ꝑdit̃
ꝑ ſcđm priuilegiũ faciẽs mentionẽ de ꝑoꝛi.vł
ſi nõ facit mentiõꝫ ſi primũ eſt generale.et.ij.
ſp̃ale.xxv.q.ij.ꝑ totũ.de p̃ſcri.veniẽs.et ibi vi
de qꝛ lõgã hꝫ caudã.q̃rto ꝑ renunciatõꝫ ꝓꝛiã
de q̃ dic vt.ĵ.renunciatõꝫ ꝯdentis.vide alios
modos amittẽdi.in.c.ſuggeſtũ.de deci.ꝑ doc.

Q.ualiter ꝑuilegiũ ſit exhibendũ.R.ꝙ a lo 6
coꝝ oꝛdinarijs req̃ſitis.ĩ loco ꝯgruo et ſecuro
aut aliquibꝰ viris prudentibꝰ ⁊ oĩ ſuſpitõe ca
rentibꝰ deputatis ꝑ oꝛdinarios.ad h̃ tenet̃ pri
uilegiatus exhibere integraliter ⁊ clauſulã de
qua cõtrouerſia eſt tranſcriptam.c.cum perſo‑
ne.eo.ti.li.vi.

Vtꝝ ꝑuilegiati ſocius gaudeat eodẽ priui 7
legio.R.Pa.in.c.q̃̄ ſit.de iudi.ꝙ ſic.qñ pri‑
uilegiũ eſſet inutile priuilegiato ſi ſocij nõ gau
derẽt.alr̃s nõ facit.c.licet.de pri.li.vi.

Vtrũ ĩpetrãtes lr̃as familiaritatꝫ a cardi‑ 8
nalibꝰ gaudeãt ꝑuilegio familiariũ.R.Pa.ĩ
c.cũ dilectus.de cle.nõ reſi.ꝙ nõ debẽt in aliq̃

gaudere.facit.c.fi.de ver.ſig.li.vi.
9 ¶ Vtrū puilegiat⁹ ex aliq̄ et nō vtēs eo gaude
at priuilegio.vide.s.ar.§.iij.

PRobatio alia euidētiſſima q̄ fit per
priuilegia vel inſtrā indubitata ſicut
in ſimili loquit̄ tex.in.c.pia.de excep.
li.vi. Alia euidēs et clara q̄ fit p teſtes vel fa
cti euidentiā.de coha.cle.et mu.tua.et.ij.q.i.
ſcel⁹.et in.c.iij.et ibi gl. Alia min⁹ euidēs q̄ fit
p ꝯiecturas.c.afferte.de p̄ſump. Sūt etiā ver
ſus ponētes nouē modos pbationū.ſ. Aſpect⁹
ſculptū teſtis notoria ſcriptū. Jurās ꝯfeſſus
p̄ſumptio fama pbabūt.
1 ¶ Vtrū in crimib⁹ poſſit pcedi p veriſiſles p̄
ſumptōes. R. q nō.ſed debēt eē luce clarioreſ
l.ſciāt cūcti.C.d pba.poſita.ij.q.viij.c.i.et.v.
q.vi.epiphaniū. Fallit in crimīe ſimonie.c.ſic.
de ſimo.et hereſis.c.ꝯtumacia.de here.li.vi.⁊
in.l.i.C.de hereticis.
2 ¶ Vtrū equoca inducāt pbatoꝫ. R. q nō.qꝛ
hoc nō pbat eſſe q ab hoc cōtingit abeſſe.c.ij.
de trāſla.p̄la.et i.l.neq̄ natales.C.de pba.fa
cit qd no. Pa.in.c.illud q̄q̄.de p̄ſum.vbi da
tio anuli q̄n̄q̄ ſignat inueſtiturā.vt in.c.ex ore
de his q̄ fi.a ma.p te ca.q̄n̄q̄ datione libertatꝭ
l.ij.C.de iure.aur.anulo.q̄n̄q̄ ꝯtrū m̄rīmonij
in.c.feīe.xxx.q.v.q̄n̄q̄ eſt ſignū dignitatis.vt
in.c.clerici officia.de vi.et ho.cle.et iō arguere
ad vnā ſolū nō valet.facit qd no.idē Pa.in.c.
fi.de cā poſ.⁊ pprie.vbi dicit q cenſus ſolutio
nō facit pbationē ſubiectōis.vt in.c.recepim⁹
de puil.aliq̄n̄ ſicvt in.c.oīs aīa.de cenſi.et hoc
ſm ſubiectā materiā.

PRocurator quis dicat̄ vide.s. Jco
nomus.
1 ¶ Vtrū pcurator q̄ vadens p facto dn̄i inci
dit in latrones ⁊ fuit vulnerat⁹ ſpoliat⁹ ⁊ hmōi
ſit a dn̄o in aliq̄ releuandus. R. Pa.in.c.cum
p cā.de pcu.q nō de neceſſitate videt̄ tex.in.l.
inter cauſas.§.nō oīa.ff.mandati.qꝛ hec ſunt
extrinſeca a mādato ⁊ imputāda caſu fortuito
Secus in socijs.qꝛ vn⁹ imputat alteri damna
q̄ occaſione ſocietatis ꝯtingūt.l.cū duobus.§.
quidā ſagariā.ff.p ſocio.ſꝫ ſolū expenſas quaſ
fecit eundo ⁊ redeundo et ſtando p cā.etiā ſi a
prin.nihil dictū ſit de expenſis.et etiā q̄tum
cūq̄ volūtarie aſſumpſerit mādatū. Si aūt pn
cipaliter iret aut ſtaret p negocijs ſuis nō pōt
petere niſi qd expendit p cauſa.ſed de hoc vi
de.s.mandatū.§.v.
2 ¶ Vtrū adminiſtrator eccīe poſſit inſtituere p
curatorē. R. q ſic.c.petitio.de pcu.licꝫ nō ſit
dn̄s.vt i.c.ij.de dona.q̄uis regulariter a ſolo
dn̄o poſſit inſtitui.

PRoditio eſt filia auaritie.de qua ha
bes interrogatōes circa auariciā.
PRodigalitas vtrū ſit peccatū. R.
q ſic cū mediū liberalitatiſ corrumpat. Eſt tn̄
minus peccatū q̄ȝ auaricia ſm phm.iiij.ethic.
quia magis elongatur a liberalitate cui ma
gis ptinet dare in q̄ excedit pdigus q̄ȝ recipe
vel retinere in q̄ excedit auarus.

PRofeſſio tacita quō fit vide.s.noui
cius.§.ij.
¶ Que requirunt̄ ad pfeſſionē expreſſam. R.
ſex. Prio q pfitēs ꝯpleuerit.xiiij.annū ſi ma 1
ſculus.vel.xij.ſi mulier.vt in.c.i.de regula.li.
vi. Fallit in caſu de q̄.s.nouicius.§.ij. Scdo
q pfeſſio fiat ei q̄ p̄t religioni incorpare vl̄ de
līa eius ſm Jn.et Pa.in.c.porrectū.de regu
la. Et ſic pfeſſio facta p ſe ſolū aut ī manu epī
nō ſolennizat votū ſm.d.An.in.d.c.porrectū.
ita q ſi m̄rīoniū ꝯheret teneret niſi reciperetur
noīe alicui⁹ incorpare valētis.qꝛ valeret poſt
ratificatōꝫ nō aūt an̄ et ſic nō teneret m̄rīoniū
Sec⁹ ſi nō reciperet̄ noīe eius.qꝛ ratificare nō
poſſet Ho.in.d.c.ꝯſtitutionē.de regula.li.vi.
tenet cū Lapo q ſi pfeſſio fit in manib⁹ alicui⁹
habētis adminiſtratōꝫ religioſam obligat re
ligioni ī genere ſaltē nō in ſpē niſi recipiat̄ ab
eo q̄ p̄t incorpare illi qd crede verū ſi talis ha
bens adminiſtratōꝫ p̄t illā religionē in qua hꝫ
adminiſtrationē obligare tali quē recipit alr
nō.vt pꝫ p ea q̄ dixi.s.nouicius.§.xiiij. Tercio
q fiat alicui religioni approbate.c.vnico.d vo
to.li.vi.etiā ſi fieret in domo ppria in manu p̄
lati.tꝫ.d.c.porrectū. Q̄rto q p̄latus reqrat cō
ſiliū capituli ſui.alr nō valet ſm Jo.an.ī qua
dā apoſtilla.i.c.ad aplicā.de regula.et ſequit̄
Pa.ibidē. Sꝫ verū eſt q nō tenet̄ ſeq ſm Jo.
an.et cōiter doc.et niſi reqrat ꝯſiliū q act⁹ ſit
null⁹.pꝫ i.c.nouit.iūcta gl.de his q̄ fi.a p̄la.vn̄
vacāte monaſterio nō p̄t aliq̄s recipi.vt in ſili
dicim⁹ d collatōe ſpectāte ad epm.vt in.c.vni
co.ne ſede vacan.li.vi.iūcta.c.fi.de regula.li.
vi.qd verū credo.niſi haberet abbas vel p̄la
tus ex cōſuetudine vel puilegio q ipe ſolū reci
peret. Sec⁹ eſt de iure qꝛ creatio monachoꝝ de
iure ptinet ad abbatē ⁊ cōuentū.vt in.c.ea no
ſcitur.de his q̄ fi.a p̄la. Et ideo vacante mona
ſterio nō poterit cōuent⁹ recipe ſed p̄lato viuē
te.nec prelatus ſine cōſilio cōuentus.nec con
uentus ſine prelato poterit aliquem recipe.vt
no.in.d.c.fi. Quinto ſi fiat ſimpliciter de tri
bus votis.ſ.obediētia caſtitate et pauptate q
ſi nollet pfiteri niſi obedientiā ſolū et quo ad

alia nō teneri nō eſſet pfeſſus ꝓprie. ſi expreſſe
hic deducit in pactū. q2 remota pte ſubſtāciali
act9 remouet totū. vt in. c. tua. de ſpō. ſ3 pdicta
tria ſūt ſubālia pfeſſioni religiōis. c. cū ad mo
naſteriū. de ſta. mo. Si vero expſſe nō deducit
in pactū vȝ pfeſſio de vno voto obediētie ſolū
dūmō addat. pmitto obedientiā ſm talē regu
lā. et ſic intellige Jn. i. d. c. cū ad monaſteriū.
Jn reliqs vero lȝ nō ſeruet forma tradita. pu
ta. in regula monachoꝝ i pfitēdo tñ tȝ pfeſſio
p quecūq verba fiat. q2 defect9 forme nō ſubā
lis nō dȝ viciare actū ſic dirim9 in excōicatiōe
c. ſacro. de ſen. ex. Jta no. Pa. in. d. c. porrectū
Sexto reqrit q votū fiat vni religioni. q2 vt re
fert d. Jn. i. c. rurſus. q̄ cle. vl vo. doc. bononiē
ſes cōſuluerūt q ſi qs fecit pfeſſionē certe re
gule. puta. i ordie minoꝝ. q̄ tñ pfeſſio nō vȝ. pu
ta. q2 añ annū pbatōis lȝ nō poſſit redire ad ſe
culū tñ ſi ɔhit mrīoniū tenebit. rō. q2 nō ē fctā
vni ð religiōib9 approbatȝ vt reqrit i. c. vnico.
ð voto. li. vi. q2 cū n̄ valeat q̄ ad frēs miores n̄
eſt factū vni ſȝ in genere remāſit votū de pfitē
do vnā. d. c. nō ſolū. de regula. li. vi. g̃ nō diri
met. Sȝ nūqd ſine pctō mortali poterit ɔhere
talis. R. ſm Lap. abba. et recitat Be. i. d. c. n̄
ſolū. q ſi pfitēs intēdit illā ſolū ⁊ non aliā ſic
nō peccat mortalit. rō. q2 iſte nō pfitet regulā
minoꝝ. q2 nō vȝ. nec aliā. q2 nō intēdit. g̃ votū
nullū. Si vero pfitēs indifferēter intēderet ſi
nō iſti ſaltē illi tūc peccat mortalit. Et lȝ Be.
in. d. c. nō ſolū. velit q etiā dirimat mrīonium
poſt ɔtractū ex q̄ pfeſſionē fecit intendēs ſe ob
ligare ſaltē alteri. tñ ego n̄ teneo ſȝ dico cū La
po et Cal. vt ipe eos recitat. q expſſe pfeſſus i
ordie mendicantiū infra annū nō obligat tali
ter qn teneat mrīoniū ſi ɔhat. lȝ peccet morta
liter qñ intēdebat ſi nō illi ſaltē alteri ſe obli
garet vt dictuȝ eſt. quod no. et vide ad B. s. noui
cius. §. xiiij.

2 Utrū feia pfitēs religionē maſculoꝝ in ma
nib9 ipoꝝ efficiat religioſa lȝ nō ingrediat mo
naſteriū ſȝ remaneat i domo ſua. R. Pa. i. c. in
ſinuante. q̄ cle. vel vo. q ſic eet ſi nō ſuſcepit ha
bitū dūmō expſſe ſit pfeſſa. vt in. d. c. porrectū.
et idē dic ð maſculo q ex cā pt pfiteri cū pacto
q ſtet ex monaſteriū ſm Jn. in. d. c. inſinuāte.
et Bar. i aut. ingreſſi. C. ð ſa: ſan. ec. ſeqt Pa.
in. c. ex publico. de ɔuer. cōiu. ⁊ ad. c. monachū
xx. q. iiij. rñdet q verū ſine cā fieri nō poſſe. Ex
q̄ pȝ q habitus nō eſt de ſubā regule ſed de ac
cidentalib9. vt no. Pa. in. d. c. porrectū.

## Promiſſio
Promiſſio vide ſupra pollicitatio.

## Proprietas
Proprietas ꝓprie capit p dñio. et id
idē eſt dicere cā ꝓprietatis ſicut cā dominij. et
ideo i ſtatutis ſola poſſeſſio nō verificat p pro
prietate. no. Pa. in. c. i. de cā poſ. et ꝓprie.
Quare fuit inuēta ꝓprietas. no. xij. q. i. dile 1
ctiſſimis. vbi dr ꝓpter iniquitatē. ſ. negligētie.
ſm glo. ibidē.

## Proſeneta
Proſeneta q̄ ɔtractus faciūt vſura
rios. vide Jn. et Jo. an. in. c. michael
de vſu. glo. et Arcdi. xlvi. di. c. ſicut nō
ſuo. tu dic vt. j. reſtitutio. i. in verbo vſurarius
§. quinto.

## Proteſtatio
Proteſtatio vide. j. recuſatio. §. ij.

## Prouincia
Prouincia ꝓprie dr q̄ hȝ. x. vel. xi. ciui
tates et vnū regē. vi. q. iij. ſcitote.

## Prudentia
Prudentia ſm phm. ethi. vi. eſt recta
ratio agibilium.
Quot ſunt act9 eius. R. ɔſiliari. de cōſiliatȝ 1
et inuētiſ iudicare. Cōſiliata ⁊ iudicata ad o
pus applicari pcipere. Et iſte terci9 actus eſt
principalis. q2 alij duo ordinant ad iſtū. ſcdm
phm. vi. ethicoꝝ.
Quot ſunt ei9 ptes. R. q. v. Prima dr mo 2
naſtica p quā quis regit ſeipm. Scda iconomi
ca p quā qs regit vnā domū vel vnā familiā.
Tercia militaris per quā quis regit exercitū
Quarta politica architetonica ſiue regnatiua
vel legis poſitiua p quā qs regit ciuitatē vl re
gnū. Quinta politica. ſ. ſimplicit dicta ſubdi
toꝝ p quā hñ ſe hñt ad ɔſeruationē policie hñ
ordinate. de qb9. vi. ethi. et. iiij. polit.
Que opponunt prudētie. R. imprudētia q̄ 3
quidē pt dici pctm̄ generale p pricipatoꝝ incō
tū. ſ. in q̄libet pctō eſt defect9 in aliq̄ actu rōis
dirigētis. et iō ſm pctā circa q̄ eſt tale peccatū
erit. hȝ etiā iprudētia ſub ſe ſpēs. ſ. pcipitatio.
q̄ aliqs p impetū paſſionis vel volūtatis fert
ad aliqd agendū ptrāſitis medijs p q̄ oportet
ordinate deſcendere recta conſiliando. Que
media ſūt memoria pteritoꝝ Jntelligētia pñ
tiū. Solertia in ɔſiderādo futuros euētuſ. Rō
cōferēs vnū cū alio. Et docilitas p quā qs ac
quieſcit alioꝝ ſentētijs. Habet etiā temerita
tē q̄ eſt ɔtempt9 regule dirigētis vñ temere di
cunt illa fieri q̄ rōe nō regunt ex ɔtemptu regu
le dirigētis. Habet ⁊ incōſideratōȝ q̄ i recte iu
dicando deficit. Eſt et incōſtantia q̄ deficit in
pcipiēdo. Eſt et negligētia q̄ eſt p defectū vo
luntatis ⁊ eſt ꝓprie in actus interioris defectu
ad quē ptinet electio. Eſt et pigritia et torpor
de quib9. s. Et qñ pdicta ſint peccatū mortale
dicas q ſolū qñ ſunt ɔtra aliqd neceſſariū ad
ſalutē quod precipitur. vel qd eſt phibitū. als
cōiter ſunt peccata venialia.

4 ¶ Que ſunt vicia q̄ ſimilitudinē hn̄t cū prudē
tia. R. ꝙ ſunt q̄ttuor. Primū eſt prudētia car
nis inquantū ſtudiū rōis ordinat ad finē q̄ nō
eſt vere bon⁹. ⁊ quidē ſi ſumat̄ ſm abſolutā ra
tionē ita ꝙ in cura carniſ aut mundanoꝝ finis
toti⁹ vite ſit. ſic eſt pctm̄ mortale. qꝛ ꝑ hoc auer
titur hō totaliter a deo. cū īpoſſibile ſit eē plu
res vltimos fines. ⁊ de hac dr̄ ad Ro. viij. pru
dētia carnis inimica eſt deo. Si aūt ſumat̄ ſm
rōem ꝑticularis prudētie. ſic eſt pctm̄ veniale.
qꝛ ſicut affectio ad aliq̄ d delectabile carnis vl̄
mūdi inordīata ſine auerſione a deo ē pctm̄ ve
niale. ſic eſt ſtudiū ad illā. Sil̄r dic d̄ prudētia
ſeculi. Si vero q̄s curā carnis ī finē ordīat ho
neſtū. puta comeſtionē ad carnis ſuſtentatiōꝫ
vt deo ſeruiat. ſic nō erit prudētia carniſ. Sil̄r
nec prudētia ſeculi. qn̄ vtit̄ reb⁹ mūdi ad finē
honeſtū. vide de hoc Tho. xxij. q. lix. Scdm̄ eſt
aſtutia. Terciū dol⁹. Quartū fraus. et lꝫ h̄ tria
ↄueniāt in q̄ꝫtū q̄s ꝑ vias non veras ⁊ ſil̄atas
vult ↄſequi aliquē finē. Tn̄ differūt inter ſe. qꝛ
ad aſtutiā ꝑtinet excogitatio hmōi viarū. Ad
dolū et fraudē vero ꝑtinet ꝓprie executio opis
ſed dolus ↄſiſtit in verbis ⁊ factis. fraus vero
ꝓprie in factis.

PUbes quis dicat̄ hēs. xx. q. i. §. cū er-
go. et. q. ij. c. ſi in q̄libet. et de deſpō. im
pub. c. pubes. ibi dr̄. puberes ſunt vo-
cati a pube. i. a pudētia corꝑis. qꝛ hec loca pri
mo lanuginē ducūt. et hodie dic ꝙ ē maſcul⁹.
xiiij. annoꝝ et feīa. xij. vt. s. impubes.

PUblicum dicit̄ dupliciter ſm Pa. i. c.
ex litterarū. de tē. or. vide notorium. et
ſup̄ occultū.

PUdicus dꝫ eſſe ſacerdos vt verbis
et moribus pudorē indeſinēter exhibeat. xliij.
diſt. §. i.

PUdicicia eſt animi virt⁹ q̄ q̄s verecū
dat̄ de actib⁹ de quib⁹ hoīes magis ve
recundant̄. vt ſunt act⁹ venerei ſm Au
guſ. xiiij. d̄ ciui. dei. comiteq̄ꝫ hꝫ fortitudinē vt
poti⁹ q̄libet mala toleret q̄ꝫ malo cōſentire de
cernat. xxxij. q. v. ita ne.

PUnitio nō dꝫ eſſe ſinē cā. lꝫ aliqn̄ ſi-
ne culpa. de re. iur̄. ſine culpa. li. vi. de
quo vide. s. Correctio. et pena. et vbi
dꝫ puniri. vide. s. pena. §. xxiiij. cū ſe.

PUrgatio quadruplex. Alia ſpūalis.
ſ. a pctīs. et hec ſit ꝑ baptiſmū et pnīaꝫ
de cōſe. di. iiij. nō pt. Et ꝑ ſacroꝝ rece-
ptionē. d̄ ↄſe. di. ij. cū oē. Et ꝑ fidei feruorē. xv.
q. vi. c. vlti. de coha. cle. et mu. c. vēa. Et ꝑ q̄li-
bet opa pietatis. xxij. q. ij. ſi q̄libet. Alia dicit̄
ignis purgatoriꝫ. de qua. ī. purgatoriū. Alia dr̄
vulgaris q̄ a vulgo ē inuēta. et hec ſit cū ferro
candēte. aqua feruēti. aut cū duello et ſi euaſe-
rit illeſus ſit imunis. ⁊ h̄ ꝓhibet̄ ſub pena mor
talis pcti. ij. q. v. mennā. et. c. ↄſuluiſti. ⁊ d̄ pur.
vul. ꝑ totū. qꝛ eſt cōtra id Deutro. vi. Nō ten-
tabis dn̄m. Alia dr̄ canonica a iure canonico
inuēta. et hec ſit ꝑ iuramēti p̄ſtationē corā ſuo
iudice. et illis apud q̄s infamat⁹ eſt ſic iurādo
ſuꝑ euāgelia. ꝙ tale crimē nō ↄmiſit ſuꝑ q̄ ē in
famat⁹. nec ad id opam dedit ⁊ hmōi. et dꝫ ha
bere tot purgatores q̄t iudicēti purgatōꝫ cano
nicā videbit̄ attenta enormitate criminis. q̄ ſint
bone opinionis. et nō ſit veriſil̄e eos ꝑiurare.
et q̄ ei⁹ ↄuerſatōꝫ ſciāt et ſint eiuſdē ordis ſi ē
poſſibile q̄ ſil̄r iurēt ꝙ credūt eū veꝝ iuraſſe. vel
ꝙ bonū exhibuit iuramentuꝫ. hec probant̄. de
purgatōe canonica. ꝑ totū.

¶ An̄ dꝫ iudici canonica purgatio. R. ꝙ q̄n i
apud iudicē ſuū q̄s eſt infamat⁹. et infamia pu
blica laborat. et apud graues et bonos viros.
et nō ſit orta ab īimicis. tunc iudex dꝫ p̄figere
terminū vt ſi q̄s vult accuſare ↄpeat. et ſi accu
ſator appet audiat̄ canonice. Si xo n̄ apparet
et īfamia mala crebreſcit tūc ꝓcedat iudex ad
inq̄ſitōꝫ. et ſi null⁹ appet ec̄ denūciator nec cō-
uincit̄. tūc ↄpellat eū ad purgatōꝫ canonicā. h̄
no. Jo. ij. q. v. p̄ſbyter. et ꝑ totū. et de purga.
canonica. ꝑ totū. per doc.

¶ Sꝫ nūq̄d iudex ex ſola ſuſpitōe poterit pur- 2
gatōꝫ canonicā indicere. R. ꝙ ſi infamia n̄ la-
borat vt dixi nō poſ it. niſi forte fuerit accuſat⁹
iij. q. ij. placuit. vn̄ no. ꝙ veriſil̄is ſuſpitio ſuffi
cit ad indicēdā purgatōꝫ p̄dictā. lꝫ nō ſit infa
matus. ſed temeraria ſuſpitio repellit̄. ex̄ eo. c.
ſi q̄s de gradu. ij. q. i. c. i. violēta aūt ſufficit ad
ſnīaꝫ. xxxi. q. i. dixit. no. Arch. ij. q. v. oib⁹. Jn.
et Ho. in. d. c. ſi q̄s de gradu. Limita hoc vt. s.
p̄ſumptio. i. verū in leuibus.

¶ Vtꝝ ad dictū vni⁹ mulieris ſit indicēda. R.
ꝙ ſic ſi infamia ex hoc apud graues reſultat. c. 3
ſignificaſti. de adul.

¶ Que pena deficiētis ī purgatōe. R. ꝙ ſi ac
cuſet̄ et indicat̄ ſibi purgatio ſi deficit puniet̄ 4
ac ſi fuiſſet cōuict⁹. de ſimo. c. de h̄. Si vero ꝑ
modū inq̄ſitōis agat̄. aut denūciatōis pena e-
rit arbitraria. vt no. Hoſ. Jo. et Pa. i. c. acce
dēs. de accu. Sil̄r dic ꝙ ſi nō p̄ceſſit aliq̄s mo
dus agēdi neq̄ꝫ ꝑ accuſatōꝫ. inq̄ſitōꝫ aut denū
ciationē. lꝫ ſolū ꝓpt̄ infamiā iudex indicit pur
gationē. tūc ſil̄r ſi deficit punit̄ extraordinarie. et
eſt caſus. c. ſignificaſti. de adul. et ſic eū intelli-
ge. Et aduerte qꝛ dicit Jn. ꝙ cū iudex h̄ caſu

ꝓcedat ex pſūptōe ꝙ debet multū tp̄are ſen-
tentiā. vt no. in. c. afferte. de pſūp.

**P**Urgatorium eſt pena grauiſſima.
minor tamē q̄ infernalis. vt patet. xxv
di. §. qualis. de pe. di. vij. c. ſi.

1 ¶ Qui ſunt qui purgantur. R. ꝙ illi qui mo-
riuntur in charitate. qui tamē nō ſatiſfecerunt
ꝓ eoꝝ peccatis in hac vita. xxv. di. c. qualis. et
c. ſequen.

2 ¶ Quō iuuant̄ aīe defunctorum. vide. ſ. ſuffra
gia per totū.

**P**Urificatio poſt ptū mulieꝝ non eſt
neceſſaria. vn̄ ſi voluerit intrare eccle
ſiā vt grās agāt. nō peccāt. Si tn̄ ex veneratōe
aliq̄̄ diu voluerint abſtinere deuotio earū non
eſt ꝓhibēda. de puri. poſt par. c. vnico.

**P**Uſillanimitas oppōnit̄ magnanimi-
tati ꝑ defectū. q2 deficit puſillanimmuſ a
ꝓportiōe ſue potētie. dū recuſat in illud tēdere
qd̄ eſt cōmenſuratū ſue potētie. et ſic eſt pecca-
tum. ⁊ tale q̄lis ē obligatio ad illud in quod
tendere recuſat. ſiue ſit preceptū ſiue ſit ꝓhibi
tio. Secus ſi ſit circa cōſilia. vt intrandi religi
onem. audiendi cōfeſſionē. vel predicandi. qui
bus ex officio nō incumbit de neceſſitate. quia
ſic eſt pctm̄ veniale. hec ex Tho. xxij. q. cxxxiij.
et eſt filia accidie.

**Q**Uadrageſima quādo ⁊ quō fuit in
ſtituta. no. in. c. quadrageſima. de ɔſe.
di. v. vbi dicit̄. ꝙ a xp̄o fuit inſtituta.
et vt decimā annoꝝ deo reddam⁹. qn̄ eſt incipi
enda et a q̄bus abſtinendū. et qua hora come-
dendum. vide. s. ieiuniū.

**Q**Uarta falcidia vel trebellianica. vi-
de legitima. Quarta funeralis. vide
canonica portio.

Queſtuarii dicunt̄ q̄ diſcurrūt ꝑ ele-
moſynis qui nullo mō recipi debēt. niſi veras
litteras. aut aplicas. aut dioceſani oſtendant.
et ponit̄ forma lr̄aꝝ. in. c. cū. ex eo. de pe. et re. ⁊
ſi hn̄t lr̄as aplicas nō debēt acceptari. niſi pri
us ſint ꝑ epiſcopū exaīati. cle. abuſionibus. de
pe. et remiſ.

1 ¶ Utrū tales q̄ſtores ſint ꝑmittēdi p̄dicare. R.
ꝙ nō. niſi ſolummō qd̄ in lr̄is cōtinet̄ populo
ꝓponere. vt in. d. c. cū ex eo. et de here. vt officiū
li. vi. et. d. cle. abuſionibus.

2 ¶ Quid ſi ɔtinet̄ in eoꝝ lr̄is ꝙ in locis religi
oſis honeſte et charitatiue recipiant̄. et ꝙ fide
les ad eoꝝ exortatōꝫ ɔuocēt. R. ꝙ nihilominꝰ
clerici et rectores eccleſiaꝝ nō tenent̄ inuiti p̄-
dicta facere. q2 tales lr̄e ɔ̄tū ad hmō ɔuocati-
ones ſūt reuocate ipō iure. vt habet̄ i extrauagā. i
Cle. iiij.

¶ Quō nō debent in tabernis. aut alijs locis 3
incōgruis manere. aut inutiles expēſas facere.
aut habitū falſe religionis portare. aut indul
gētias vł alia mendacioſa ꝓponere. habent̄ in
d. cle. abuſionib⁹. et. d. c. cū ex eo.

¶ Sed nunquid ſi publice delinquāt. tales po- 4
terūt ab ordinarijs puniri. R. ꝙ ſic. licꝫ ſint ex
empti. de p̄ui. c. tuarū.

**Q**Ueſtus dicit̄ oē qd̄ ex opa cuiſcunq̄
deſcendit. ff. ꝓ ſocio. l. queſtus. glo. i.
lucrum.

**R**Ancor eſt diſplicētia ɔtra aliquē ꝓ-
pter quā deſiderat vel q̄rit q̄s malū alteri ⁊ eſt
filia accidie. qn̄ ꝓcedit ɔ̄ aliquē. eo ꝙ inducit
cū ad bn̄ operandū. Aliqn̄ filia ire et eſt pctm̄
mortale. ſi malū qd̄ alteri q̄rit vel optat eſt q̄d
alicui⁹ importātie et cū deliberatōe volūtatis
vt elicio a tho. xxij. q. xxxv. limita tn̄ vt. s. odiū

**R**Atio habet triplicē gradus in homie
ſm pħm. i. ethic. Prim⁹ eſt an̄ cōpletū
ſeptenniū. vbi nō intelligit nec ꝑ ſe nec ab alio
capere poteſt. et ideo illo tp̄e nulli ɔtractui eſt
aptus. Secundus gradus eſt cum ab alijs ca-
pere p̄t. lꝫ impfecte. ſed ipſe ꝑ ſe nō ſufficit ad in-
telligendū. et iſtd̄ ē in fine primi ſeptēnij regu-
lariter. et tūc p̄t ꝓmittere aliq̄ ad q̄ natura in-
clinat nō tn̄ cū obligatōe ꝑpetua. Terci⁹ ē qn̄
ab alio cape p̄t ⁊ ꝑ ſeipm̄ ɔſiderare. et iſtud eſt
in āno pubertatꝫ. et tūc p̄t ſe obligare q̄ ad pſo
nā. ſ. ad votū religionis matrimoniū. et hmōi. lꝫ q̄
ad exteriora nō. niſi in fi. xxv. annoꝝ. Rō fina
lis ē aīa legis. vide lex. §. iiij. Et quō ɔgnoſca
tur qn̄ rō eſt finalis vel impulſiua. vide. s. cā.

**R**Atiocinia ſunt redditōnes rationū
ad q̄s q̄s obligat̄ ex adminiſtratōe rei
publice ł ꝑuate. nā ſūt q̄dā rōcinia pu
blica q̄b⁹ obligāt̄ officiales curie ex adminiſtratō
ne aliq̄ꝝ ad rē publicā ꝑtinentiū. vt. C. de epi.
et cle. l. officiales. Quedā dicunt̄ ꝑuata q̄bus
obligant̄ hoīes ex adminiſtratōe rerū priuata
rū. vt tutores. curatores. actores ꝓcuratores
executores. ex̄ de obliga. ad ratio. c. vno.

¶ Utrū obligat⁹ ad rōcinia poſſit ordiari. R. i
ꝙ poſt dimiſſionē adminiſtratōnis ſi eſt obli
gat⁹ reipublice ex adminiſtratōe ꝓmoueri nō
p̄t an̄ reddita rōcinia. c. p̄terea. l. di. ſec⁹ ſi eſſet
obligat⁹ ex mutuo. vel alia cā ex. l. reſcripto. ff.
de mu. et ho. C. de epi. et cle. l. quiſq̄s emerſis.
Si vero eſt obligat⁹ pſone ꝑuate. tunc ſi tenet̄
de dolo et fraude et cōſtat. repellit̄. Si vero cō
ſtare nō p̄t. vel tenet̄ ex alia culpa ſic p̄t ꝓmoue
ri. In officio aūt adminiſtratōis exiſtēs an poſ-